

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII**

**Strabo**

**Basileae, 1539**

Liber quintus

**urn:nbn:de:bsz:31-67095**



## ARGVMENTVM QVINTI LIBRI.

**Q**Vinto uolumine describuntur, quæ ab Alpium radicibus sunt usq; ad fretum Siculum, sinumq; Tarentinum, ac Posidoniatem, atq; Pæsthanum. In his hæ regiones sūt, Venetia, Liguria, Picenū, Lucania, Thuscia, Roma, Cāpania, Apulia. Insulæ etiam quotquot in Italico mari à Genua ad Siciliam sitæ sunt, enumerantur.

# STRABONIS

## GEOGRAPHICORVM

### LIBER QVINTVS.



**P**OST infimas Alpium radices, eius quam hac ætate Italia<sup>Italia.</sup> liam uocant, initiū est. Namq; maiores Italiam, quæ ab Siculo freto, usq; in sinum Tarentinum & Posidoniatem progressa est, Oenotriā appellabant. Nomen autem obtinens usq; Oenotria. ad Alpiū radices processit. Assumpsit etiā ab ora Ligustica, Vari fluminis confinia, marisq; proximi à Thuscie finibus, Istrigq; usq; Polam. Opinari uero cuipiā licet, priscos Italos foelicitate florentes, in cōmunionē deuocasse finitimos, atq; hunc in modū auctis deinde uiribus, in Romanorū imperiū peruenisse. Tandē uero atq; ex quo Romani in regni societate & in ciuitate Italos uocauere, decretū est & Gallis Cisalpinis, et Venetis idem honoris impartire, uniuerfosq; Italos<sup>itali.</sup> Romanos uocare. Per multas insuper colonias partim prioribus annis, partim posterioribus emittere, quibus meliores alias nō facile dixerim. Vna igitur forma Italiae<sup>Italiae forma.</sup> omnē geometrica ratione complecti, haud in procliu est. † Atqui extremitates<sup>καίτοι, quanta quam.</sup> illius in austrū, & Hibernos ortus excurrentes, triangulas esse commemorant, eius uerticem ad euripum Siculum produci, basin autem Alpes habere. Concedere uero latus alterū in freto finiri Siculo, et Tyrrheno allui pelago, cæterū formā rectis descriptam lineis, proprie triangulam appellant. Hic autem bases, & latera rotunda sunt. Quod si concedendū esse dixerim, lineæ circularis formā esse ponendū est, basin in quā & latera. Concedatur & lateris huius obliquitas, quæ uergit in ortū. Reliqua minus apte dixerunt, cum latus unum à sinu Adriatico usq; in fretū præsupponant, latus autē absq; angulo lineā appellamus. Absq; angulo uero est, cum partes aut inuicem non uergunt, aut non multū. Verū ab Arimino ad Iapygiam extremitatē, & ab Siculo freto ipso, ad extremitatē eādem permultum inclinantur. Eundem in modū se habere arbitror & sinus Adriatici latus, & Iapygiæ. Cum enim inuicem concidant ad Arimini & Rhauennæ locos, angulū efficiunt, sin autem nequaquam angulū efficiunt, circumferentiam saltem efficiunt non exilem. Quapropter si hoc unum latus existit, haud sanè recta est e sinu ad Iapygiā nauigatio. Reliquum uero his ex locis ad fretū latus alterū describit. Ne hoc quidē rectū. Sic quadrangulam potius, q̄ triangulam figurā esse diceres, cæterū nullo pacto triangulam nisi uelis abuti. Verū confiteri præstat quod figuræ quæ geometrica ratione mensurari nequeat, nō facile circumscribi traditio potest. Particulatim uero hunc in modum dicere possumus, quo inferior Alpium pars curua & sinuosa est, concauitates<sup>Alpes.</sup>



in Italiam uersas habens. Ipsius autē sinus partes medię ad Salaffos existunt. Extremitates uero conuersionē habent, hinc quidē usq; ad sinus Adriatici ultimas oras, hinc uero ad maritimā Ligurū regionem usq; ad Genuam, Ligusticū emporium, ubi rupes Apēnini Alpibus copulantur. Cōtinuo autē subiacet nō mediocris quidē campus, latitudine ac longitudine sanē per stad. c. duumq; milliū. Latus eius in meridiem spectans, et Venetorū litore clauditur, & montibus Apenninis usq; ad Ariminū & Anconem perueniētibus. Ii enim à Liguria inchoantes, in Thusciam irrumpunt, angusta dimittentes litōra. Dehinc ubi paulatim mediterraneam in regionē secesserint, cum ad Pisanū consistat agrum, in ortū & Adriaticū sinum conuertuntur, usq; ad Arimini & Anconis loca, per lineā rectā, Venetorū sese litoribus applicantes. Cispalina igitur Gallia hisce terminis includitur. Litoris quidem longitudo ad ccc. stad. & millia sex habet ipsis cum mōtibus, latitudo uero paulò minus stad. mille. Reliqua Italia angusta quidem et oblonga, in duos excurrit uertices. Hinc quidē in Siculū fretū, hinc autē ad Iapygiā, utrinq; uero stringitur, & ab Adriatico sinu, et à Tyrreno mari. Est autē Adriatici sinus forma ipsi Italię perq; similis magnitudine. Quam Apennini montes terminant, et utrunq; mare usq; ad Iapygiā, terramq; sinu Tarentino, & Posidoniāte circumdatā. Maxima enim utriusq; latitudo stad. est circiter mille ac ccc. longitudo uero nō multò minus sex milibus, reliquū est quantū Brutij, & pleriq; Lucanorū obtinēt. Polybius refert maritimam ipsam ex Iapygia usq; in fretū, itinere quidem pedestri, stad. tribus millibus esse, & Siculo pelago allui, cursu uero maritimo quingentis stad. minus, montes autem Apennini, ubi Arimini & Anconis loca attigerunt, Iapygię latitudinē à mari ad mare terminare, rursus deflexionē accipientes, totam in longum regionē secare. Iam usq; in Picentes & Lucanos, non multū ab Adriatico sinu distare. Cum uero Lucanis propinquant, ad alterū mare inclinantur. Dehinc uero per Lucanos & Brutios excurrunt ad Leucopetram agri Rheginī terminantes. Hęc igitur de uersa huius ætatis Italia, talem in formā dicta sunt, denuo autē singula suscipientes, dicere de singulis particulatim conabimur, & ante omnia de subiecta Alpibus regione, dicemus. Est autem fœlix admodū campus, & fructuosus collibus uarius, hunc mediū ferē Padus diuidit, eaq; regio, hinc Cispadana, hinc Transpadana dicitur. Cispadana quidem montibus adiacet atq; Ligurię, reliqua uero Transpadana est. Ea uero loca hic Ligurū atq; Gallorū gentes inhabitant, tum in montibus, tum in campis commorantium, hinc Gallorum, Venetorumq;. Galli quidem hi Transalpinis cognati et consanguinei sunt. Ceterum de Venetis duplex est sermo. Quidā enim eos à Gallis eiusdem appellationis, oceani accolis colonos esse memoria prodiderunt. Nonnulli ē Venetis, qui post bellum Troianum, cum Antenore salutem affecuti, cursum huc ē Paphlagonia tenuere, descendisse affirmant, hoc uel testimonio, sua in alendis equis industria quę hoc omnino tempore defecit. Antea uero summo apud illos in honore fuerat, ab illorum imitatione, qui ad creandos ex equabus mulos studium agitabant. Cuius rei meminit Homerus,

*Μῦλον ἐν τῷ ποταμῷ, ὅθεν ἡ μίονων γένεσις ἀγροτέρων.*

Mularum genus ē Venetis quę robore præstant.

Dionysius quoq; Sicilia tyrannus hinc alendorū semen equorum ꝑ constitutio quos ad equestre certamen tollebat. Adeo ut per Gręcos equinę prolis Venetitas uel uelitas maneret, & ad longa tempora propago ipsa famam uendicaret. Tota itaq; regio

Gallia cispalina.

Adriaticus sinus.

Iapygia.

Leucopetra.

Cispadana regio.

Veneti unde.

Muli præstantes.

Iliad. β.

\*ουίπτο.

Equæ Venetæ.

regio fluminibus  
 nconditio. Na  
 bent, & pares illi  
 marinis aquis pl  
 ctis irrigatur riu  
 ngationibus cō  
 dam ex parte allu  
 utis nauigandi c  
 ximus enim sæpe  
 erceptionibus oc  
 dillissima super  
 uium incolebāt, e  
 is, Senones, Ron  
 nis funditus dele  
 cumiacentes Istr  
 tes, donec ea gens  
 fendis ouibus id  
 diolanum metrop  
 habitabant, hac u  
 modo Alpibus f  
 inferiores Brixia  
 ceterum Pomp  
 in cumbentes R  
 cit, postmodū d  
 gibus quingenti  
 numero descripti  
 linquentes, & Ne  
 Hęc finitimus lo  
 pædiens. Fontem  
 ingē habitata sur  
 las. Nuper quidi  
 nis c. & xx. milie  
 et artū bonitate  
 milliarū, tum uere  
 ni sursum habet n  
 itad. portus autē i  
 urbs maxima Rh  
 pontibusq; ac lem  
 cipit maris parten  
 bus alluentibus t  
 tur locus. Vnde g  
 necum magistri lo  
 palustribus in lo  
 ludis uitium æsta  
 re ceno. Quid q



regio fluminibus atque paludibus maxime Venetia referta est. Huic adest & mari-  
 riconditio. Nam solæ partes istæ ex nostro ferè mari similes † oceano casus ha-  
 bent, & pares illi crescendi & decrescendi uices gerunt. Vnde maior campi pars  
 marinis aquis plena stagnat, fossisq; & aggeribus, sicut Aegyptus inferior, didu-  
 ctis irrigatur riuis, ac partim exiccatur, & rusticorum cultu fructuosa est, partim na-  
 uigationibus cōmoda. Urbium uero plerq; insularum modo cinguntur, aliq; qua-  
 dam ex parte alluuntur. Quæ supra stagna mediterraneæ iacent, mirificam ex flu-  
 uij nauigandi cōmoditatem sursum habent. Ex quibus in primis Padus est. Ma-  
 ximus enim sæpenuero imbris crescit ac niuib. Is multas diffusus in partes,  
 eruptionibus occultū efficit ostium, haud ingressu facilis, at peritia mortalium uel  
 difficillima superat. Priscis igitur, ut dixi, temporibus plurimæ Gallorū gentes flu-  
 uium incolebāt, è quibus amplissimi fuerant Boij, Insubres, et qui olim cum Gēsa-  
 tis, Senones, Romana per impetū potiti sunt urbe. Hos Romani posterioribus an-  
 nis funditus deletos perdidērunt, Boios uero è finibus eiecerūt. Inde migrantes cir-  
 cumiacentes Istro locos cum Tauriscis habitarūt, bellū assidue cōtra Dacos geren-  
 tes, donec ea gens funditus extincta est. Agrum uero qui ad Illyrium pertinet, pas-  
 scendis ouibus idoneū, uicinis reliquerunt. Insubres hac etiam ætate sunt, qui Me-  
 diolanum metropolin habuere, ea quidem pridem uicus erat. omnes enim uicatin  
 habitabant, hac uero tempestate eximie dignitatis trans Padum ciuitas est, quodā  
 modo Alpibus finitima. Et propinqua Verona est, amplissima & hæc ciuitas. His  
 inferiores Brixia, ac Mantua, & Regium, & Comū. Hæc mediocris erat colonia,  
 cæterum Pompeius Strabo Pompeij magni pater colonos in eam restituit. Quam  
 incumbentes Rhæti uastauerant. Inde C. Scipio tria hominum millia in super adie-  
 cit, postmodū diuus Cæsar quinq; inquilinorū millia ad inhabitandum deduxit, è  
 quibus quingenti illustrissimi fuere Græci. Hos etiā ciuitate donatos, in habitatorū  
 numero descripsit. Haud tamen ibidem domiciliū habuere, sed oppido nomen re-  
 linquentes, & Nouumcomum appellātes, Nouocomenses oppidanos uocauere.  
 Huic finitimus loco Larius lacus est, quæ Aduas fluuius auget, inde amnē Padū in-  
 grediens. Fontem uero in Adula monte habet, ubi & Rhenus. hæc supra paludes  
 longè habitata sunt. Patauiū autē propinquū est, cunctas eius regionis urbes excel-  
 lens. Nuper quidē in ea censi sunt quingenti equestris ordinis uiri, antiquis autē an-  
 nis c. & xx. militū millia misisse cōstat. Quam uero ciuitas ipsa & uirorū probita-  
 te et artiū bonitate floruerit, magnitudo cum aliarū rerū maximo apparatu Romā  
 missarū, tum uero pannorū & uestimentorū omnifariā mercatura declarat. A ma-  
 ri sursum habet nauigationem, fluuio per paludes delato c.c. & l. à magno portu  
 stad. portus autē ipse, eodē quo fluuius nomine, uocatur Medoacus. Intra paludes  
 urbs maxima Rhauenna posita est, tota ligneis compacta ædificijs, aquis diffusa,  
 pontibusq; ac lembis peragrata. Cum à mari fiunt inundationes, non mediocrē ac-  
 cipit maris partem, adeo ut uniuersa cœnositas, hinc fluctu marino, hinc fluminis  
 bus alluentibus tetrum medicetur odorem. Hoc pacto igitur saluberrimus cōperis-  
 tur locus. Vnde gladiatoribus educandis, ac exercitatione erudiendis, hunc ido-  
 neum magistri locū designauerunt. Inter cætera eius loci mirabilia illud est, quod  
 palustribus in locis aër innoxius est, quemadmodū ad Alexandriam Aegypti pa-  
 ludis uitium æstate propulsatur, propter amnis incrementū, simul etiam euanesce-  
 te cœno. Quid quod uitibus euenit q̄ admirabile? eas palus creat, celeriter perficit,

† ἡ πολιορκία τῆς  
 ὠκεανῶ.

Padus.

Boij.  
 Insubres.  
 Gætate.  
 Senones.

Mediolanum.

Verona.  
 Brixia.  
 Mantua.  
 Regium.  
 Comum.  
 Pomp. Strabo.

Nouocomises.  
 Aduas flu.  
 Adula mons.

Patauium.

Medoacus.  
 Rhauenna.



Alinum. & multum fructum edit, annis uero quatuor aut quinque corrumpuntur. Alinum  
 Butrium. quoque in palude est, similem Rhauennæ situm habens, quo interuallo Butrium  
 Spina. Rhauennæ castellum est, & Spina, hoc quidem tempore uiculus, at quondam Gre  
 Spinensiu the- ca ciuitas, & quidem celebris in Delphis Spinensiu thesaurus comonstratur, aliaque  
 saurus. de ipsis memoriae mandata sunt, nempe apud quos maris erat imperium. Eam (ut  
 Rhauennæ co- traditur) unda maris alluerat, nunc locus LXXX. à mari stad. distans, in mediter-  
 ditores. ranea iacet. Rhauenna à Thessalis condita perhibetur. Cum autem Thuscorum ini-  
 iurias ferre nequirent, Umbros quosdam ultro assumpserunt, qui & hoc tempore  
 urbem inhabitant, ipsi uero domum rediere. Hæc autem maiori ex parte paludibus  
 Epiterpum. ita continentur, ut inundationes habeant, Epiterpum, Ordia, Adria, & Vcetia, &  
 Ordia. alia huius generis oppidula. Quæ cum minus à paludibus uentur, modicis sur-  
 Adria. sum nauigationibus mari uicina sunt. Adriam quidem inclytam ciuitatem fuisse  
 Vcetia. memoriae proditum est, à cuius nomine modica transpositione sumpta, & sinus  
 Adriaticus si- appellatus est Adriaticus. Aquileia sinui proxima à Romanis condita est, incum-  
 nus. bentibus imposta barbaris. Ad eam flumine aduerso onerarijs nauigatur nauis-  
 Aquileia. bus, per Natisonem fluuium plus stad. LX. Gentes ad Istrum Illyricæ ad ipsum  
 Natiso. subuehuntur emporium. Conuectant autem res hi sanè maritimas, uinum li-  
 gneis dolijs, quæ plaustris imponunt, oleum præterea, illi autem mancipia, pecora,  
 pelles. Extra Venetiæ quidem fines Aquileia est, quæ flumine ab Alpibus descen-  
 dente determinatur, per quod sursum nauigatur stad. mille & CC. ad urbem usque  
 Noreia. Noreiam, ubi Cn. Carbo, collatis aduersus Cimbros signis, re infecta discessit. Lo-  
 Cn. Carbo. cus autem est ad purgandum aurum natura idoneus, nec minus ad ferri fabricas.  
 Diomedis tem- In ipsoque sinu Diomedis est templum, opus sanè memorabile, et Timauus portus,  
 plum. & lucus miro decore, septemque adsunt fluuiatilis aquæ fontes, mare mox irrumpen-  
 Timauus. tes, lato & profundo sanè fluuio, è quibus reliquos uno duntaxat excepto, salvas  
 Maris fons & habere aquas, Polybius author est, locumque ipsum maris fontem, & matrem ab in-  
 mater. digenis uocari. Timauus (ut ait Posidonius) è montibus delatus, decidit in pro-  
 fundum, deinde infra terram absorptus stad. circiter C. & XXX. erumpit in mare.  
 De Diomedis autem potentatu hoc in mari, & Diomedæ testantur insulæ, &  
 quæ in Daunia gente, & circa equestre Argos memoriae prodita sunt, de quibus  
 quoad historiae utile futurum est, scriptis aperiemus. Reliqua uero permulta fabu-  
 lis uulgata, uel ficta alium in modum absint. Sicuti quæ ad Phaëthontem & soror-  
 Heliades. res Heliades, in populos conuersas arbores, circa amnem Eridanum, qui nullibi ter-  
 Eridanus. rarum existit, cum uicinus Pado dicatur. Itemque ferentes electra insulas, ante amnem  
 Electrides in- Padum iacentes, in quibus & Meleagrides sint. Horum enim nihil in locis ipsis  
 sula. extat. In Venetis sane quidam Diomedis insignes existunt honores. Nam candi-  
 Meleagrides. dus illi immolatur equus, duo præterea luci monstrantur, alter Iunoni Argiua, al-  
 Diomedis. ter Dianæ Aetoliæ dicatus. Insuper fabulantur, in hisce luci feras ita mansuescere,  
 equus. ut cerui lupis aggregentur, aduentantiumque hominum eas manus demulcentes pa-  
 Ferarum man- ti. Quod si quas canes insectentur, ubi huc confugerint, ab insectatione cessare. Fa-  
 suetudo. ma uero est, celebrem admodum fuisse quempiam, qui in faciendis uadimonijs,  
 studio non mediocri teneretur, qua ex re, & hominum iocis carperetur. Is igitur in  
 uenatores fertur incidisse, qui irretitum haberent lupum, & illis per iocum rogan-  
 tibus, uellet ne pro lupo uadem se constituere: ut illata ab eo damna persolueret, sic  
 Fideiussor pro è retibus beluam dimissuros. Fideiubere sese confessus est. Emissum deinde lupum  
 lupo. magnum

magnum equar  
 stabulum addu  
 pferas nomina  
 lores & signum  
 me perduraret, f  
 britatis progeni  
 rei defecit exercit  
 adiacet, in medic  
 erum Pola in sin  
 las & portuofas  
 qui aduersus Ma  
 ne solliciti,  
 riu illi quædam x  
 rity nauis y abso  
 Græcorum quid  
 Colchorum uero  
 Vti Callimach  
 neti & alij usque P  
 e quibus nomini  
 socia iunxerunt  
 fabres bello per  
 plagam uniuers  
 nuam & Sabati  
 debant, at eiectis  
 stat, & Romano  
 & aliquibus in lo  
 norum amplifica  
 medium inter utr  
 nullas bellorum  
 dem ad loca egred  
 us exercitum em  
 dam mollitiem ru  
 runt. Postea dele  
 as colonias parti  
 brorum. nam ij p  
 lonijs, & priora c  
 Nec minus autem  
 Ligures, & Insub  
 res, Placentia, & C  
 num sunt Parma  
 quedam iacent o  
 cri, Campi, ubi qu  
 tia, Sina, Iapi fluu  
 autem Ariminum  
 manos accepit in



magnum equarum armentum agitantem, nullo notatum cauterio ad fideiussoris  
 stabulum adduxisse. Eum recepta gratia, equabus lupi notam inuisisse, & inde lu-  
 piferas nominasse, uelocitate magis quam pulchritudine præstantes. Cuius successu  
 fores & signum & nomen, equarum generi seruasse, utq; solis eis stirps ipsa legitime  
 perduraret, foeminam nullam alienare consueffe. Equinam hinc præcipue cele-  
 britatis progeniem extitisse. Hac uero tempestate (ut diximus) omnis huiusmodi  
 rei defecit exercitatio. Post Timauum, Istrorum usque Polam, litus est, quæ Italiae  
 adiacet, in medioq; Tergeste castellum est ab Aquileia c. LXXX. distans stadys. Ce-  
 terem Pola in sinu, portus formam habente sita est, paruas quidem uerum fructuo-  
 sas & portuosas præseferente insulas. Priscum autem est id Colchorum ædificium,  
 qui aduersus Medeam immisi fuerant. Ii uotorum impotes, & fugæ desperatio-  
 ne solliciti,

τῶ μὲν φυγᾶς κ' ἠϊσσοί γεαικός,  
 ἀτὰρ κεινῶν γλώσσας ἠόμιλλε πόλας.

id est,

Græcorum quidem lingua exulum,

Colchorum uero sermone Polam appellauere locum,

Vti Callimachus commemorat. Regionem igitur Transpadanam incolunt Ve-  
 neti & alij usq; Polam, super Venetos Carni & Cenomani & Medoaci et Symbri,  
 è quibus nomini Romano hostes extiterunt aliqui. Verum Cenomani, Veneti q;  
 focia iunxerunt arma, & ante Annibalis expeditionem, quo tempore Boios & In-  
 subres bello persequiebantur, & annis posterioribus. Cispadanam uero obtinent  
 plagam uniuersam alij, quantam montes Apennini ad Alpes circundant usq; Ge-  
 nuam & Sabatios. Plurimum autem Boij & Ligures & Senones & Gætata possi-  
 debant, at eiectione inde Boijs deletisq; Gætatis atq; Senonibus, Ligurum natio re-  
 stat, & Romanorum colonia. Romanis autem & Vmbrorum immixta gens est,  
 & aliquibus in locis Thuscorum. Vtraq; enim horum gens, prius quam Roma-  
 norum amplificaretur imperium, inuicem de prioris loci dignitate decertabant. Et  
 medium inter utrosq; Tiberim fluuium, in se ipsos facile traieciabant. Quod sicut  
 bi ulla bellorum incursiones alteri in alteros gerebant, reliquis certamen erat, ne ea-  
 dem ad loca egredientes desisterent. Igitur Thuscis aduersus incolas Padi barba-  
 ro exercitum emittentibus, ac bene gesta, cum non longe quidem post per quan-  
 dam mollitiem rursus fusi effugissent, alteri aduersus eiectiones exercitum ductita-  
 runt. Postea de locorum imperio per successionem quandam propugnantes, mul-  
 tas colonias partim Thuscorum partim Vmbrorum effecerunt. Plures tamen Vm-  
 brorum. nam ij propiores erant. Rem inde Romani suscipientes, missis passim co-  
 lonijs, & priora coloniarum genera conseruarunt, & nunc uniuersi Romani sunt.  
 Nec minus autem Vmbri quidam dicuntur & Thusci, quemadmodum Veneti,  
 Ligures, & Insubres. Cis Padum uero, circumq; Padum celeberrimæ sunt ciuita-  
 tes, Placentia, & Cremona, media in regione propinquissima, inter has & Arimi-  
 num sunt Parma, Mutina, Bononia. Prope Rhauennam in harum medio exigua  
 quædam iacent oppida, per quæ iter est Romam, Acara, Rhegium Lepidi, Na-  
 cri, Campi, ubi quotannis forum conficitur. Cliterna, Forum Corneliu  
 tia, Sina, Isapi fluuiio propinqua & Rhubiconi. Hæc proxima sunt Arimino. Est  
 autem Ariminum Vmbrorum colonia, sicut & Rhauenna. Verum utraque Ro-  
 manos accepit inquilinos. Habet autem Ariminum portum, & eiusdem nominis

Lupi insolita  
 fides.  
 Lupiferæ equæ

Istri pop.  
 Tergeste.  
 Pola.

Veneti.  
 Carni.  
 Cenomani.  
 Medoaci.  
 Symbri.

Gætata.  
 Vmbri.  
 Thusci.

\* Padius in  
 Padiuorum an-  
 tiquis, id est, ci-  
 tra negotium  
 utriq; ad alte-  
 ros traieciat

Placentia.  
 Cremona.  
 Parma.  
 Mutina.  
 Bononia.  
 Acara.  
 Rhegium Lepi-  
 di.  
 Nacria.  
 Campi.  
 Cliterna.  
 Foru Corneliu  
 Fautia.  
 Sina.  
 Isapi fluu.  
 Rhubico.  
 Ariminum.



annem. E Placentia Ariminū stad. sunt mille & ccc. Supra Placentiam uero ad Cotturæ confinia, intra miliaria sex & xxx. urbs Ticinum est, & simili uocabulo præterfluens amnis Padum ingrediens. Habet & tractus ille Clastidium, atque Derthonem & aquæ † distanti, pusillum in transitu. Recta uero ad Ocelum uia præter Padum, ad Duriam flumen est, magna ex parte limosa, complurimos alios habens fluuios, quorum Druentia miliaria circiter LX. habens. Hinc Alpesiam, & ager Gallicus. Ad montes autem Lunæ incumbentes urbs est Luca, ubi plerique uicatim habitant, regio tamen probitate uirorum floret, & robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus senatus militares capit ordines. Est autem Dertho ciuitas insignis, & mentione digna, medio inter Placentiam & Genuam itinere iacens, ab utraque cccc. distans stad. Hac in uia est Custodia & Iellia. Ex Placentia uero Ariminum distantia dicta est. Sed Rhauenanam per Padum nauigatio est dierum duorum, noctiumque totidem. Magna intra Padum pars paludibus obtinebatur, per quas Annibal magnis difficultatibus iter fecit in Thusciam. Cæterum Scaurus deductis ex Pado usque in Parmensium agrum fossis, nauigationibus commodis paludes ipsas exiccavit e campis. Per Placentina siquidem arua Trebia Padum influens, alijque item complures ante fluuij ultra modum plenius stagnant. Hic ille Scaurus est, qui per Pisas & Lunam usque Sabatios uiam strauit Æmiliam, & hinc per Derthonem. Alia uero est Æmilia, quæ Flaminiam excipit. Eodem enim in consulatu M. Lepidus, & C. Flaminius collegæ fuerunt, uictores autem Ligurum strauere, hic quidem Flaminiam e Roma per Thusciam & Umbriam, usque Ariminum, alter reliquam porrò usque Bononiam, & ex ea in Aquileiam, prope Alpium radices, ducto per gyrum circa paludes opere. Huius regionis terminus monstratus est, quam Cisalpinam nuncupamus Galliam. Ad reliquam Italiam & montes Apennini Thusciam imminentes, & Æsis amnis, & postremo Rhubico, utrique Adriaticum intrantes pelagus. Horum uirtutem locorum, tum ipsa hominum probitas testatur, tum oppidorum magnitudo, tum uero diuitiarum amplitudo. Quibus omnibus huius regionis habitatores Romani, cæteris antecellunt Italis. Nanque telluris istius cultura immodicos ac diuersos inducit fructus, & nemora tantum habent glandium, ut educandis hinc porcorum gregibus, maxima ex parte Romanus alatur populus. Egregie uero ferendo milio, ob feracium aquarum abundantiam frugifera est, quod famis remedium est per maximum. Contra tempestates enim uniuersas, aërisque malignitatem resistit, & nullo deficere potest in tempore, licet frugum cæterarum sterilitas inualescat. Quid de pice, quàm admiranda productio: Quanta uero uini sit ubertas, uasa ipsa pronuntiant. e lignis nanque fabricata, domiciliorum magnitudinem excedunt. Suppeditat enim ingens illa picis copia. Loci autem Mutinenses & Scutanæ adiacentes fluuiio, mollia & longe alijs omnibus præstantiora ferunt uellera. Ligures autem & Insubres aspera, e quibus magna Italiæ pars domesticis indumenta conficit. Mediocria uero Patauini, e quibus pretiosi tapetes & gausapia texuntur, & hoc stragulæ uestis genus utrinque uillos eminentes habens, uel una tantum e superficie. Hisce in locis, non eadem nunc quæ olim metallorum studia & cura, forte quia in maius ex Transalpinis Gallis & Hispanis lucra proueniunt. Superioribus uero annis opera dabatur, cum Verzellæ aurifodinam haberent, & in Ictumulorum uico, & alio huic uicino.

Vter

Ticinum.  
Clastidium.  
\* ἀνοδος ἀρτε  
na, Aquæ dista  
tella, Plinius  
eandem appel  
lat Aquæ Staz  
tyellorum.  
Aquæ stadelle  
Duria flu.  
Druentia.  
Luca.  
Dertho.  
Custodia.  
Iellia.  
Annibal.

Scaurus.  
Trebia.  
Æmilia uia.  
Flaminia uia.  
M. Lepidus.  
C. Flaminius.

Æsis fluu.

Milio usus.

Vasorum ma  
gnitudo.

Gausapia.

Uellera pre  
uiosa.Vercellæ.  
Ictumuli.

Vterque uero Pla  
nus circuitus dic  
bus, inter Gallia  
patione dignum  
mam, fatigantes  
in sunt hisce con  
quos ad solis ort  
tra, Tyrrheno a  
beris effluit, atqu  
nam, deinceps a  
bria, postea uer  
autem modo qu  
separat. Ad Ape  
dem Umbri, post  
initium capiunt. La  
nam iacet. Est au  
habens, extendit  
montes. Sabinia  
tum montes, pro  
in Sabinia ac Th  
Rhauenamque p  
ria in Adriaticu  
piunt initium, a  
latim percurrant  
Græci uero hoc e  
bonos hanc in reg  
& Omphales un  
filijs sorte iacta, Ly  
em applicans po  
uocauit nomine I  
is, a quo Tarquin  
pericia in dolis g  
lebat sapietia. Ea  
tum erat potentia  
dissolutum fuisse  
tribus celsisse. H  
latrocinando arte  
corditer conspira  
sed etiam ultro in  
Romam uero cō  
populū, qui a Ta  
Is dehinc Anco N  
mutato nomine I  
sciam magnis infi  
qui hominem do



Vterq; uero Placentiæ finitimus est. Hæc quidem prima Italiæ particula. Hactenus circuitus dictus est. Secunda exponatur Liguria, in ipsis Apenninis montibus, inter Galliam (sic enim uocatur hoc tempore) atq; Etruriam sita, nihil descriptione dignum habens, nisi quod uicatim uitam agunt, terram arantes asperriam, fatigantesq; ligonibus, imo uero saxa incidentes, ut Posidonius inquit. Tertij sunt hisce continentes Thuscij, campos usq; ad amnem Tiberim possidentes, quos ad solis ortum maxime fluuius alluit, donec pelagus intret. Parte autem ex altera, Tyrrheno atque Sardonico mari sunt confines. Ex Apenninis montibus Tiberis effluit, atque pluribus augetur amnibus, partimq; per ipsam excurrit Etruriam, deinceps autem ipsam disteminans, primum quidem ab ea diuidit Umbriam, postea uero Sabinos & Latinos, Romæ ad litus usque finitimos. Adiacent autem modo quodam ipsi fluuiio, & Thuscis in longitudine & latitudine inter se pares. Ad Apenninum uero Adriatico uicinum pelago sese habent, primi quidem Umbri, post eos Sabini, postremi Latium habitantes, cum omnes à flumine initiũ capiant. Latinus igitur tractus inter Ostiæ litus et Sinuessam urbem & Sabiniam iacet. Est autẽ Ostia urbis Romane nauale, quo Tiberis erumpit, eam præterlabens, extenditur autem in longum, usque in Campanum agrum & Samnitum montes. Sabinia uero inter Latinos, Umbrosq; iacet, extenditur & ipsa ad Samnitum montes, propinquior Apennino ad Vestinos, Pelignos, & Marfos. Cæterũ in Sabinia ac Thuscia medio Umbri iacent, montesq; transgressi usque Ariminũ Rhauennamq; procedunt. Thuscorum finis sub ipsis est montibus, qui ex Liguria in Adriaticum sinum eos quaquã uersum includunt, à proprio autem mari capiunt initium, atque Tiberi. Ab his igitur ipsis sumpto primordio, uniuersa sigillatim percurramus. Tyrrhenos itaque Romani Etruscos appellant atq; Thuscos. Græci uero hoc eos nomine nominarunt à Tyrrheno Atyos filio, qui ex Lydia colonos hanc in regionem, sicuti traditur, dimisit. Atyos enim ex prognatis Herculis, & Omphales unus, cum sterilitate ac fame populum emittere cogere, è duobus filijs sorte iacta, Lydum quidem regni successorem tenuit, Tyrrheno autem maiorem applicans populum, foras abire iussit. Hanc ille tandẽ ingressus oram, de suo uocauit nomine Tyrrheniam. Cumq; ædificandis urbibus Tarcontem præficeret, à quo Tarquinij cognomen accepit, ciuitates XII. condidit. Hunc ab ineunte pueritia in dolis gratia, canescentem fuisse fabulantur, tanta iam tum in eo efflorescebat sapiẽtia. Ea igitur tempestate, cum uno sub duce instructi essent, magna ipsorum erat potentia. Postremis inde temporibus concordem illum regendi statum dissolutum fuisse, quis non suspicetur? & ciuitates ipsas diuulsas, sic finitimorum uiribus celsisse. Haud enim tantam agrorum beatitudinem omittentes, maritimas latrocinando artes inuasissent, alius ad alia conuersi maria. Quandoquidem si concorditer conspirassent, non modo incursantes propulsare hostes satis ualuisent, sed etiam ultro inferre impetus, & longinquas expeditiones factitare. Post urbem Romam uero cõditam, Demaratus aduentat, frequentem è Corintho adducens populũ, qui à Tarquiniesibus acceptus, ex indigena uxore Lucumonẽ procreat. Is dehinc Anco Marco regi Romano, amicitia deuinctus, adeptus est imperium, et mutato nomine L. Tarquinius Priscus uocatus est. Hic igitur & pater prius Thusciam magnis insigniuerunt ornamentis, ille quidem artificum facultate & copia, qui hominem domo subsecuti sunt, hic autem præstitis à Romana ciuitate oppor-

Liguria descriptio.

Thuscia fines.

Tiberis ortus.

Latinus tractus.  
Ostia.  
Sabinia.Vestini.  
Peligni.  
Marji.  
Umbri.  
Thuscij.Tyrrheni.  
Etrusci.  
Thuscorum origo.  
Vide Herod.  
Clio.  
Atyos.

Lydus.

Tarcon.  
Tarquinius.

Demaratus.

Lucumon.

Tarquinius Priscus.



tunitatibus. Nanque memoriae proditum est, ut triumphalia ornamenta, insigniaque consularia, & simpliciter magistratum decora in Romanam urbem à Tarquinis translata sunt, & uirgæ & secures & tubæ & sacrorum faciendorum ritus, ut auguria & musica, quam Romani ad res publ. usurpant. Huius filius Tarquinius secundus extitit, cognomento Superbus, qui regum extremus, eiecius est è regno, & quem Clusij rex Porfena (ea Thusca erat ciuitas) armis reducere conatus est. Quod ubi efficere fas non fuit, pace facta, in amicitiam populi Rom. summis receptus honoribus, donisque magnificentissimis, abscessit. Hæc quidem de Thuscorum claritate. Quid in super Cæretanorum gesta? Nam & capta urbe Roma redeuntes Gallos in Sabinis aggressi, bello armisque fuderunt ac debellarunt, & quæ illi ab libentibus acceperant spolia Romanis, ab inuitis ipsi diripuerunt. Præterea eos qui ad se capta Roma confugerant, saluos protexerunt, simul & æternum, ac inextinctum ignem, sacerdotisque Vestales. Romani autem propter malignos reipub. gubernatores non satis illis gratiæ memoriæ tenuisse uidentur. Nam data ciuitate minime illos inter ciues scriptos retulere, alios quinimo quibus ius ipsi æquabile communicatum non erat, ad Cæretanorum exterminabant tabulas. Hæc autem ciuitas magna inter Græcos gloria, cum hominum fortitudine, tum uero iustitia claruit. Nam cum potentissima esset, ab atrocibus profus abstinuit. In Pythij Apollinis templo Agylleorum nominato, positus est thesaurus. Nam quæ nunc Cære dicitur, quondam nominabatur Agylla, quæ à pelasgis è

Agylla.  
Lydi.  
Tyrreni.

Thessalia profectis condita fertur. Cæterum Lydis quos mutato uocabulo Tyrrenos nominabant, aduersus Agylleos belligerantibus, murum subiens quidam urbis nomen percontabatur, cui è muro Thessalus quidam pro responso salutem renuntians, χαιρε, id est salue, inquit. Thusci bonum hoc accipientes omen, captam urbem submutato uocauere nomine. Verum tam splendida, tamque gloriosa quondam ciuitas, uix dum hac ætate urbis uestigia seruat. Vicina sanè magis fulgent balnea, meliorum probitate hominum, quæ uulgo Cæretana uocantur, propter eos qui ad ea, curandæ ualeitudinis gratia proficiscuntur. Enim uero Pelasgos gentem uetustissimam per uniuersam Græciam, præsertim Æolicam Thessaliæ excelluisse, cuncti fermè confitentur. Eos originem ab Arcadibus ducentes, uitam militarem delegisse, author est Ephorus. Ad quam uitæ institutionem, cum permultos conuertissent, idem omnibus uocabulum impertisse. Vnde & apud Græcos & apud alios quoscunque adhæse contigit, ingentem cōsecuti sunt gloriam. Nam & Homero teste Cretæ coloni fuere. Vlysses enim Penelopen alloquens,

Odyss. τ.

ἄλλη δ' ἄλλων γλώσσα μεμιγμένη, γὰρ μὲν Ἀχαιοί,  
γὰρ δ' ἑτεόκητες μεγάληθρες, γὰρ δὲ Κύδωνες,  
Δωριεὺς τε Πηχάϊκες δίοιτε Πελασγοί.

id est,

Alia, inquit, aliorum permixta lingua est, sunt Achæi,  
Sunt Cretenses magnanimi, sunt Cydones,  
Trifariam genus Doricum, diuicque Pelasgi.

Argos Pelasgi  
cum.

Dodonæus Iu.

pitæ.

Iliad. π.

Argos quoque Pelasgicum, Thessalia dicitur, inter eruptiones Penæi, & Thermopylas usque ad montanum Pindi tractum. Quoniam & istorum locorum Pelasgi existunt. Iouem Dodonæum quoque ipse poëta Pelasgicum nominat,  
Ζεὺ ἄνα δωδωνᾶε πελασγικέ.

Rex

Rex ð Iuppiter  
Pleriq; & gen  
Heroum quoq;  
frequentia genit  
Etrahantibus  
Egit Hippothou  
Qui Larissæ hab  
Ephoro autem  
duxisse. Qui diu  
uit. Æschylus aut  
rum exitisse pro  
Ephorus, Euripi  
torem Argos uer  
lasi nominarent  
quoque scriptum  
nonnullos cum  
quoque Atticaru  
cum instar auium  
lasi pelargi, id e  
gitudinem max  
quingentis esse  
ultra stad. cccc  
stad. cc. lxx. e  
non omnia m  
Et Græci autem  
haud sanè magna  
us amplectens m  
is tenent imperi  
mos. Cellis uere  
lasi præbeant. N  
ro can didi & uar  
bulæ, atq; colum  
rdiuarum, maxi  
incumbat efforsic  
excipit. Edificijs  
abunde suppedit  
Pifas, Macræ trac  
uisi sunt. Pifæ ab i  
fius Ilium militaru  
alij uero Pifanum  
fita sunt, in ipsoru  
ratio multus dela  
Confluentibus a



Rex ô Iuppiter Dodonæ Pelasgice.

Pleriq; & gentes Epiroticas appellauere Pelasgicas, tanquam illuc usq; extantes. Heroum quoq; nominibus posteriores permultos Pelasgos nuncupantes, ab illis frequentia gentibus indidere uocabula. Nam & Lesbion appellauere Pelasgiam. Et habitantibus Troadem Cilicibus, finitimos Pelasgos nuncupauit Homerus,

*Ἰηπόθοος δ' ἄγε φύλα πελασγῶν ἐγγεσιμῶραν,  
τῶν οἱ Λαρίσσαν ἐριβάλακα ναυτάσκειν.*

Egit Hippothous sauos per tela Pelasgos,  
Qui Larissæ habitant lætas nimis ubere glebas.

Ephoro autem author initio fuit Hesiodus, gentem hanc ex Arcadia originem duxisse. Qui diuino è Lycaone gnatos extitisse ait, quem olim Pelasgus procreauit. Æschylus autem in † ancillis siue Danaidibus, eorum genus ex Argis Mycenarum extitisse prodidit. Peloponnesum etiam Pelasgiam uocitatum fuisse, testis est Ephorus, Euripidesq; in Archelao, Danaum illum filiarum quinquaginta genitorem Argos uenientem, Inachi urbem inhabitasse commemorat. Quiq; antea Pelasgi nominarentur, ut Danaï dehinc uocarentur, lege Græca sanxisse. Anticlidus quoque scriptum reliquit, primos eos Lemnum, Imbrumq; condidisse, eorumq; nonnullos cum Tyrrheno Atydis filio, in Italiam comites annauigasse. Rerum quoque Atticarum scriptores de Pelasgis tradidere, Athenis fuisse Pelasgos, qui cum instar auium, quò fors uocaret, huc atque illuc errabundi commearent, pro Pelasgi pelargi, id est ciconiæ uocarentur ab Atheniensibus. Cæterum Thusciam longitudinem maximam, à Luna usque Ostiam, per litus stad. millibus duobus & quingentis esse dicit, latitudinem per montana minus dimidio. E Luna uero Pisas ultra stad. cccc. esse. Hinc Volaterras stad. cc. lxxx. Rursus hinc Populonium stad. cc. lxx. è Populonio ad Cossam fermè dccc. alij dcc. dicunt. Polybius uero non omnia mille cccc. xxx. inquit. Horum Luna quidem ciuitas & portus est. Græci autem & portum & urbem *σελιώνης*, id est lunæ appellant. Vrbs quidem haud sanè magna. Maximus uero & pulcherrimus portus est, multos intra se portus amplectens magnæ profunditatis uniuersos, usque adeo ut omnium, qui maris teneant imperium, facile fieret receptaculum, tam late patentis pelagi multos per annos. Celsis uero montibus portus ipse circumcluditur, qui prospectum longè pelagi præbeant. Nam & Sardinia, & magna litoris utriusq; pars cernitur. Tanta uero candidi & uarij lapidis lucidissimi ac talis efforsio est, ut unico integræ saxo tabulæ, atq; columnæ præbeantur. Utq; insignia Romanæ ciuitatis opera, urbiumq; reliquarum, maxima ex parte his ex locis copiam habeant. Nam cum mari uicina incumbat efforsio, facile lapides euehuntur, quos è pelago subuehentos, Tiberis excipit. Ædificijs quoque materiam, laquearia scilicet directâ, & procera Thusciam abunde suppeditat, quam confestim è montibus fluuius deducit. Inter Lunam & Pisas, Macræ tractus est, quo Thusciam atque Liguriæ termino, pleriq; scriptores usi sunt. Pisæ ab ijs conditæ sunt Pisanis, qui è Peloponneso cum Nestore aduersus Ilium militarunt. Renauigantes autem errore disiecti, hi quidè Metapontum, alij uero Pisanum tenuerunt agrum, cuncti Pylj uocati. Duos autem inter amnes siti sunt, in ipsorum † congressione, Arni scilicet atque Æsaris, quorum alter ex Arretio multus delabitur, nō tamen integer, sed trifariam diuisus, alius ex Apennino. Confluentibus autem illis unum in alueum, adeo mutuo tolluntur altius impetu,

Pelasgicus Iuppiter.

Iliad. β.

Lycaon.

Pelasgus.

ἡπειρώτης,

hoc est Supplicis

catricibus potius,

Tragædia est Æschyli,

quæ etiam

num hodie extat.

Pelasgia.

Danaï.

Lemnos.

Imbros.

Pelargi.

Thusciam longitudo.

Luna urbs.

Volaterræ.

Populonium.

Cossa.

Selenæ.

Lunenæ maris.

Macra flum.

Pisæ.

Metapontum.

Pylj.

\* συμβολύ. id est confluentis.

Arnus.

Æsaris.



ut qui in amborum ripis extent, inuicem inspicere sese nequeant. Quo fit, ut è mari aduersis nauigari fluminibus necessario non possint. Spatium autem aduersæ nauigationis stad. est circiter xx. Traditum est in fabulis, cum primum hi amnes è montibus ferri cœperunt, atq; ab indigenis uetitos, ne in unum confluentes agros demergerent, pollicitos esse regionem minime demersuros, fidemq; seruasse. Ciuitas autem ipsa foelix quondã fuisse uidetur, neq; hoc tempore sanè ignobilis, aut obscura est, propter frugum copiam, saxorum opera, naualem materiam, qua priscis annis ad maritima utebantur discrimina. Etenim inter Etruscos belli gloria excellebãt, irritabant eos improbi uicini Ligures, lateri semper inhaerentes. Nunc uero plus in ædificandis Romæ domibus, uillarumq; magnificentijs consumitur, quibus regiae ritu Perfarum apparantur. Volaterranus ager mari alluitur, hoc autem modo ædificatum est oppidum, in profunda ualle sublimis & præceps undique collis extat, cuius in uertice planities est, in hac sita ipsius sunt urbis mœnia, ad quam stad. xv. ascensus est ex basi, rupes tota ardua atque difficilis est. Hic è Tyrrhenis plerique constiterunt, & ex proscriptis à Sylla, qui quatuor militum complentes ordines, biennio per obsidionem pressi, tandem per inducias discedentes, locum illum reliquerunt. At Populonium in sublimi locatum promontorio in mare prærupto, & Cherronesi faciem habet. Iisdem temporibus & ipsa obsidionem accipiens, oppidulum ipsum totum, præter sacras ædes desertum, & domos modicas. Verum nauale ipsum frequentiores habet incolas, ad ipsius montis radicem exiguum portum habens, & nauigiorum domicilia. Quocirca sola hæc Thuscis ex urbibus, antiquitus ad mare fundata mihi uidetur. Cuius rei causa est, quia tractus regionis eius importuosus est, eam ob rem conditores urbium maritimas fugitabant oras, uel ante illas, tuta iaciebant propugnacula, ne illi incursantibus prædonum nauigijs in promptu iacerent, exuuiæq; illorum fierent. Sub uertice quoque Thyрно annotantium specula est. Ex urbe autem procul, ægre tamen Sardinia cernitur, propius uero Corsica, quæ à Sardinia Lx. stad. abest, litoriq; propinquior est Æthalia, quæ trecentis abest stadijs, quantum etiam distat à Corsica. Hic autem commodissimus ad soluendum in mare, in tres iam dictas insulas, locus est. Has & ipsi uidimus, cum Populonium conscenderemus nauigaturi, ubi nonnullas adhuc effossiones restare perspeximus. Ferrum quoque laborari uidimus, quod ex ipsa deuehebatur Æthalia, quod si in eius insulæ fornacibus concoquatur, in massam compingi non potest. Mox igitur ab effossoribus defertur in continentem. Hoc admiratione dignum habet insula, ut exhausta effossionibus loca, temporibus rursus repleta cernantur. Sicut de Rhodi Platamonibus, & de Pari insulæ marmore proditum est. Idem apud Indos de sale Clitarchus asserit. Nō ergo recte dixit Eratosthenes, qui è continente neq; Corsicam, neq; Sardiniam cerni posse ait. Neque Artemidorus, qui eas longè in pelago, utranq; mille ac ducenta abesse stadia inquit. Quoniam si quibus alijs, ne nobis sanè spectabiles extitissent, quæ tam procul abessent, ut manifeste cernerentur, & præsertim Corsica. Extat autem in Æthalia portus nomine Argous, ab Argo naui dictus ut perhibent. Nam cum Medea Circen uisere concupisset, Iasonem illius domicilia quærîtasse ferunt. Permanere adhuc etiam quasdam minutiarum abrasarum uarietates, quas Argonautæ fecerant, & in unum compacti calculi sunt in ripa. Huiusmodi uero fabulamentorū fictiones eorum

Volaterræ.

Populonijs  
situs.\* θυρρονος οπη  
id est thunnos  
piscis obserua  
tium specula.  
de hoc multa  
elegantè com  
mentarius in  
Aristoph. Equi

tes.

Sardinia.

Corsica.

Æthalia.

Strabonis nauigatio.

Ferrum Æthali

cum.

Platamones.

Pariū mar-

mor.

Argous por-

tus.

eorum quæ à ne  
xerit, sed cum  
locorumque dig  
nem, cum huic  
tantum dixerim  
tur, aspera, & p  
es habitant, ex  
ergo Romani in  
gnomque seruo  
ri, quam agresti  
traculente. Au  
nam insensati de  
q; tamen poenit  
stella, Blesini, Ca  
gitudinem asser  
autem longitudo  
licæ circiter tria m  
modica est asper  
omnibus foelice  
gniores sunt Car  
stat. Insula enim  
hæc ipsa monta  
tur, qui antea lo  
que adducenten  
habitaſſe, qui na  
rium obtinuerun  
lis, rerum omni  
Tarati, Sossina  
habent feminarij  
es spoliant, parti  
im Pisanos. Miſ  
obus in locis exe  
his imperatoribu  
rorum morem ob  
denundinas cele  
His in insulis na  
Musmones uoci  
tur & pugione.  
fute, oblongæ at  
fricamq; conuert  
am, ubi propius e  
dere. Post Popul  
bus sublimis est, i  
lacus ex mari sal  
ctus est. Thynnu



eorum quæ à nobis narrantur indicia sunt, ut Homerus ipse non omnia per se fin-  
 xerit, sed cum talium uulgatos rumores audiret, ijs longas addebat distantias,  
 locorumque digressiones, sicut Vlysses in oceanum exisse fecit, similiter & Iaso-  
 nem, cum huic & illi errores obuenerint, uelut & Menelao. De Aethalia quidem  
 tantum dixerim. Corsica uero, quam Græci Curnum appellant, maligne colli-  
 tur, aspera, & plurimis in partibus prorsus inaccessibilis. Adeo ut qui eius mon-  
 tes habitant, ex latrocinij uita degentes, superent ipsas immanitate beluas. Cum  
 ergo Romani imperatores in eos irruant, ipsorumque castella irrumpant, ma-  
 gnūque feruorum gregem captum aduehant, Romæ cernere est simul & mira-  
 ri, quàm agrestis uideatur effigies, quàmque bestiarum appareat diritas, faciesque  
 truculentæ. Aut enim uitam tolerare non possunt, aut per socordiam, & igna-  
 uiam insensati dominos conterunt. Itaque licet pro eis paululum exponant pre-  
 tij, tamen pœnitentia torquentur. Habitabilia tamen nonnulla sunt eorum ca-  
 stella, Blefni, Carax, Eniconiæ, Vapanes. Locorum scriptores insulæ huius lon-  
 gitudinem asserunt miliaria centum, & LX. esse, latitudinem uero LXX. Sardinia  
 autem longitudo CC. & uiginti, latitudo XCVIII. Secundum alios ambitus Cor-  
 sicæ circiter tria millia & CC. stad. Sardinie autem quatuor millia est. Eius pars non  
 modica est aspera minimeque tranquilla. Magna quoque pars agrum habet rebus  
 omnibus foelicem, præcipue tritico. Pleraque etiam urbes continet, ex quibus di-  
 gniores sunt Caralis & Sulchi. Locorum quoque uirtuti malignitas quædam ob-  
 stat. Insula enim æstiuo tempore morbosa est in locis maxime foecundis, & quod  
 hæc ipsa montani populantur incolæ, & quidem frequenter, qui Diatesbes uocan-  
 tur, qui antea Iolenses nominarentur. Memoria enim proditum est, Iolaum plerof-  
 que adducentem Herculis filios huc applicuisse, & cum insulæ accolis Barbaris co-  
 habitasse, qui natione Thusci erant. Pœni postmodum è Carthagine delati, impe-  
 rium obtinuerunt, cumque ijs aduersum Romanos bellum gerebant. His autem de-  
 letis, rerum omnium potiti sunt Romani. Montanorum uero quaterni sunt popu-  
 li, Tarati, Sossinati, Balari, Aconites, speluncasque inhabitant. Neque agri quippiam  
 habent feminarij, & quem habent, tamen segniter ferunt, atque alios accurate colen-  
 tes spoliant, partim indigenas, partim trans æquora nauibus inuadentes, præfer-  
 tim Pisanos. Misi è prætores quædam cohibent, alia fessi omittunt, cum pestilen-  
 tibus in locis exercitum assidue nutrire minime conducant. Reliquum est autem il-  
 lis imperatoribus, ut exercitum ducant artibus quibuspiam, & quidem Barba-  
 rorum morem obseruantes. Nam ijs post latrocinandum, dies complurimos præ-  
 dæmundinas celebrant, tunc incursant, multosque mortales in manus retrahunt.  
 His in insulis nascuntur arietes, qui pro lana pilum caprinum procreant, quos  
 Musmones uocitant, eorum sese pellibus, thoracis modo muniunt, pelta utun-  
 tur & pugione. A media inter Populonium & Pisas regione satis cernuntur in-  
 sulæ, oblongæ autem sunt, pariterque à seipsis distantes, omnes tres in austrum A-  
 fricamque conuersæ. Aethalia multò cæteris minor est. Ex Africa uero in Sardinia  
 am, ubi propius est, distantiam milliarium CCC. esse, locorum descriptores prodie-  
 dere. Post Populonium, Cossæ paulo supra mare oppidum extat. In sinu tumu-  
 lus sublimis est, in quo ædificatum est oppidum, sub quo Herculis portus iacet &  
 lacus ex mari falsus, propinquus. Ad sinusque ipsius ultima Thynnorumque prospe-  
 ctus est. Thynnus enim non modo glandes, uerum etiam purpuras prosequitur pro-

Homeri signifi-  
ca.Corsicæ appele-  
latio et cultus.  
Curnos.Blefni.  
Carax.  
Eniconiæ.  
Vapanes.  
Sardinia.Caralis.  
Sulchi.Diatesbes.  
Iolenses.  
Iolaus.Tarati.  
Sossinati.  
Balari.  
Aconites.

Musmones.

Aethalia.

Cossæ.

\*θυννογονεῖα\*



pe terram, ab exteriori pelago, usque in Siciliam inchoans. A Cossis Ostiam nauigantibus exiguae occurrunt urbes, Trauiscium, Pyrgi, Halium, Fregenia. ad Trauiscium cccc. sunt stad. Inter haec locus est quem Regis uillam uocant. Hanc Malacoti Pelasgi regiam fuisse, scriptis mandatum est, quem, cum finitimis Pelasgis in his locis magna excellentem potentia, inde digressum, Athenas petiisse. Ex hac natione sunt etiam ij, qui Angyalam habitauere. A Trauiscis uero ad Pyrgos paulominus c. & octoginta stad. A stad. inde xxx. Caretanorum estemporium, habetque Lucinae templum Pelasgis constructum, quondam opulentissimum, id quod Siciliae tyrannus Dionysius depeculatus est, in cursu ad Corsicam. A Pyrgis Ostiam cc. lx. stad. In medio est Halium & Fregenia. Et de Tyrrheni quidem maris litore haec dicenda uisa sunt. Ceterum in mediterranea, praeter iam dictas urbes extant, Arretium, Perusia, Vulsinij, Sutrium. Ad haec oppidula complura. Blerati, Ferentenum, Falerij, Faliscum, Nepita, Statonia, aliaque complura. Nonnulla ab initio quidem consistebant, alia uel Romanorum sunt coloniae, uel depressa sicut saepius finitimi expugnati sunt, ut Fidenae. Aliqui sane Falerios in Thusciae regione minime locandos esse aiunt, sed Faliscos per se gentem. Quidam etiam Faliscos proprii idiomatis ciuitatem posuere. Aliqui Oeaci Symphaliscum appellant, in uia Flaminia iacentem, inter Oechelos & Romam. Sub monte autem Soractae urbs est Feronia, quo nomine & dea quaedam nuncupatur, quam finitimi miro dignantur honore. Eodem in loco ipsius templum est mirificum sacri genus habens. Nam qui eius numine afflantur, nudis pedibus prunas, & copiosum in ambulant sub hac demone, nulla laesione, cinerem. Eo ingens mortalium multitudo conuenit, & celebritatis ipsius, quae quotannis celebratur, gratia pariter & spectaculi huius quod dixi. In mediterranea uero, maxime ad montana extat Arretium, mille ac cc. a Roma distans stad. Clusium uero dccc. prope est, & Perusia. Ad agri beatitudinem accedunt & lacus magni & permulti, qui & nauigationibus patent, & permultis mensis nutriunt opsonia, & palustres auiculas. Non modicum etiam cremium, papyrusque & ulua copiosa Romam per fluuios conuectatur, qui usque in Tiberim lacubus effluunt. E quibus est Ciminius, & quae circa Velsinios & Clusium & prope Romam, admodum ad mare Sabata. Longissime autem terra Pasumena Arretio uicina, per quam ex Gallia in Thusciam exercitus incurfant. Qua usus est Annibal, cum duae paterent uiae, haec scilicet & Arimini per Umbriam, melior autem quae Arimini. Ibi enim satis humiles montes fiunt. Ceterum cum hic ipse transitus statione teneatur accuratius, asperiores deligere coactus est. Et tamen compos euasit, superato magnas per pugnas Flaminio. Thusciam quoque ubi Romae propinquior est, ubertatem calidarum habet aquarum, nec minus abundant quam Baiae, quae reliquas omnes nobilitate praecellunt. Thusciae applicatur ex parte orientis Umbria, quae ab Apenninis incipit, & ultra etiam usque ad sinum Adriaticum. Hic enim a Rhauenna inchoantes, propiora deinceps tenent, Sarsinam, Ariminum, Senam, Camarinum. Ibi & Aesis fluuius est, & mons Gingunus & Sentinum, amnisque Metaurus, & fanum Fortunae. In hisce namque locis priores fuere Italiae termini atque Galliae, ad quandam maris eius partem, licet Imperatores saepenumero transposuerint. Antea quidem Aesin flumen terminum faciebant, rursus Rhubiconem fluuium. Aesis inter Anconem labitur & Senegalliam, at Rhubicon inter Ariminum & Rhauennam, uterque in Adriaticum excurrit pelagus. Nunc uniuersa usque Al-

Trauiscium.

Pyrgi.

Regis uilla.

Halium.

Fregenia.

Malacoti.

Angyala.

Perusia.

Vulsinij.

Sutrium.

Blerati.

Ferentenum.

Falerij.

Faliscum.

Nepita.

Statonia.

Fidenae.

Symphaliscum.

Oecheli.

Lucinae templum.

Soractes mons.

Feronia.

Feroniae mirifica sacra.

Arretium.

Clusium.

Ciminius.

Velsiniorum lacus.

Sabata.

Pasumena.

Annibal per alpes traiecit.

Umbria.

Baiae thermae.

Sarsina.

Ariminum.

Sena.

Camarinum.

Aesis.

Gingunus.

Galliae termini.

prisci.

Rhubicon.

Senegallia.

pes

pes Italia demon  
quam usque Rh  
minum ccc. est  
fici per Umb  
quidem longitu  
sunt urbes digni  
Tiberi propinqu  
ens paulo super  
uaria, praeter qua  
eas deuehit in T  
ullo ciuili cetero co  
Forum Sempron  
ma occurrit, & S  
bis, ad montana  
lum & Iurum. P  
montana aliquan  
suppeditat. Et mo  
his propinquas  
quidem gentes de  
driaticum mare p  
(ut dictum est) p  
grum, in longit  
e, usque ad Vestin  
tatas, Amiternu  
quae sunt, quaru  
nisi, petrae ad rebel  
ignis, nunc aut  
e quandoque reg  
m habent ad pe  
ritus quam urbe  
glan desque pass  
ero muloru gen  
concta pecorum  
bis in rebus prin  
aborigines. Ab  
horum uero Br  
que uirtutis, cuiu  
bis author est, Re  
sunt gentis. Per ip  
Nomentana inci  
ex eadem Collina  
niam multas ex non  
Romae appositi. E  
nores, circa prisca  
nonnullos uicati



pes Italia demonstrata est. His igitur omiſſis terminis, redeamus ad Vmbriam, quam usque Rhauennam extendi consentiunt omnes. Hinc enim usque Ariminum ccc. esse aſſerunt, ex Arimino autem iter Romam per Flaminiam uiam facienti per Vmbriam, usque Oriculos & Tiberim, stad. l. & ccc. supra mille. Hec quidem longitudo est. Ceterum latitudo impar. Intra montes uero Apenninos he sunt urbes dignitate præcellentes. Ad ipsam quidem uiam Flaminiam Oriculi, Tiberi propinqui, Larolum, Narna, per quam Nar amnis labitur, Tiberim influens paulo super Oriculum, exiguis nauigabilis nauigijs. Dehinc Carsuli & Meouania, præter quam labitur Teneas, & hic paruulis scaphis collectos ex agro fructus deuehit in Tiberim. Sunt & alię uicane habitationes, potius uig gratia, quam ullo ciuili cœtu congregatę. Forum Flaminij, Nuceria, ubi uasa lignea fabricantur. Forum Sempronij, ex Oriculis autem Ariminum permeanti, uia dextera Interamna occurrit, & Spoletium & Æsium, & in ipsis montibus Picentiorum confinibus, ad montana Camerte. Altera ex parte Ameria, & Tudercleara ciuitas, & Ispellum & Iturum. Prope hoc sanè montis excessus est. Vniuersa regio fertilissima est, montana aliquanto magis, quæ siligine potius quam tritico, mortalibus uictum suppeditat. Et montana Sabinia est, ordine huic adiecta, sicut illa Thuscia. Et quæ his propinqua sunt & Apennino longe magis quam Latium sunt asperiora. Hæ quidem gentes decem initium à Tiberi, ac Thuscia ducetes, ad Apenninum & Adriaticum mare protrahuntur, ex obliquo insectę, at Vmbria usque ad mare uarians (ut dictum est) porrigitur. De qua satis expositum sit. Sabini angustum incolunt agrum, in longitudinẽ protensum à Tiberi usque Nomentum oppidum, stad. mille, usque ad Vestinos, paucas quidem ac tenues habent urbes, bellorũ assiduitate uastatas, Amiternum, & Interocream uicum Reato finitimum. In Cotifcolijs frigida aquæ sunt, quarum potus & infessio morbos curant. Sabinorum quoque sunt Foruli, petræ ad rebellandum, quàm ad habitandum aptiores. Curis urbs quondam insignis, nunc autem uiculus, è qua exciti sunt T. Tatius, & Numa Pompilius Romanæ quandoque regnantes. Hinc Quirites appellare solent Romanos, qui orationem habent ad populum. Treburaque & Eratum, & tales habitandi sedes alię, uici potius quam urbes censerì debent. Ager eorum egregie olitētis, et uinetis præditus est, glandesque passim producit, maxime gregibus & armentis student. Rheatinorũ uero mulorũ genus mirum in modum nobile. Vt autem summatim dicam, Italia cuncta pecorum & frugũ præstantissima nutritrix est, quanquam alię partes alijs atque alijs in rebus principatũ adipiscuntur. Sabini uero gens antiquissima est, indigenæ & aborigines. Ab his Picentini, Samnitesque in colonias deducti, horũ autem Lucani, horum uero Brutij. Ex eorũ uetustate fortitudinis documentũ quis fecerit, ceteraque uirtutis, cuius ope aduersarijs in hanc usque etatẽ obstitere. Rerum scriptor Fabius author est, Romanos tum primũ diuitiarũ sensum accepisse, cum huius potiti sunt gentis. Per ipsos uia Salaria, non magnæ longitudinis strata est. In quam & Nomentana incidit, apud Heretum Sabinorum uicum, supra Tiberim iacentem, ex eadem Collina porta inchoans. Dehinc Latium iacet, in quo et urbs Roma, que etiã multas ex nõ Latina prius collegit. Æqui enim, Volsci, Hernici, Aboriginesque Romę appositi. Et Rutuli priscam habentes Ardeã, alięque cõuentus maiores & minores, circa priscam illam Romã habitantes, cum initio urbs cõdita fuit. E quibus nonnullos uicatum suis legibus etatẽ ducere obueniebat, cum nulla sub gente cen-

Oriculi.  
Larolum.  
Narna.  
Nar flu.  
Carsuli.  
Meouania.  
Teneas.  
Forũ Flaminij.  
Nuceria.  
Forũ Sempronij.  
Interamna.  
Spoletium.  
Æsium.  
Camerte.  
Ameria.  
Tudercleara  
dicitur græce  
est. Nisi multis  
dicitur dicitur.  
Ispellum.  
Iturum.  
Sabini.  
Nomentum.  
Vestini.  
Interocrea.  
Reatum.  
Cotifcolia.  
Foruli.  
Curis.  
T. Tatius.  
Numa Pompil.  
Quirites.  
Trebura.  
Eratum.  
Rheatinorum  
mulus.  
Italia laus.  
Sabini aborigi  
nes. i. aborigi  
nes.  
Picentini.  
Samnites.  
Lucani.  
Brutij.  
Salaria uia.  
Heretum.  
Latium.  
Æqui.  
Volsci.  
Hernici.  
Aborigines.  
Rutuli.  
Ardea.



*Aeneas.* seretur. Æneam unà cum Anchise patre, et Ascanio filio Laurentū applicuisse, me-  
*Ascanius.* morie proditū est, ad litus prope Ostiam ac Tiberim, paulum à mari supra, circiter  
*Laurentum.* quatuor & xx. stad. oppidulū ædificasse. Aduentantē deinde Latinū regem Abo-  
*Romæ origo.* riginum, qui tunc loca, ubi nunc Roma est incolebant, cum Ænea societate inisse  
*Lauium.* aduersus finitimos Rutulos, qui Ardeā per id temporis tenebant. Distat autem ab  
 Ardea Roma stad. c. & lx. Victor uero à Lauinia filia, proxime urbē cognomine  
 edificauit. Denuo cōserentibus pugnam Rutulis, Latinus cecidit, at Æneas, refoc-  
*Latini troiani.* liciter gesta imperiū adeptus, suos etiam Latinos appellauit. Hoc etiam & genito-  
 re humanis ex rebus excedente, Ascanius in Albano monte, qui quantū & Ardea,  
*Alba.* tantum distat à Roma, Albam posuit. Eo in loco Romani pariter ac Latini, ex uni-  
 uerso regno Ioui immolant, instante autem sacri tempore præfectus instituitur è  
 nobilioribus unus iuuenibus. Post autē annis cccc. Amulij ac fratris Numito-  
*Amulius.* ris facta memoriæ mandata sunt, partim fabulose, partim propius fidem. Ambo  
*Numitor.* enim ab Ascanij prognatis per successionem Albæ regnum acceperunt, quod usq;  
 ad Tiberim dilatātū erat. Cæterū iunior Amulius natus, maiore supplantato, regnū  
 inuaserat. Verum cum Numitori filius adesset, ac filia, filiū quidem inter uenandū  
 insidijs obruncat, filiam uero (ut spem prolis interciperet) Vestæ sacerdotē consti-  
*Syluia Rheia.* tuit, seruandę uirginitatis gratia, eam Rheam Syluiam uocitāt. Corruptā postea de-  
*Romulus.* prehensens, gemellis partu editis, Syluiam quidē coniecit in carcerē, fratri gratiam  
*Remus.* tribuens, pueros uero ritu patrio exposuit in Tiberim, quos Marte genitos fabulā  
*Faustulus.* tur. Ii cum à lupa catulorū instar, lactari inspectarentur, Faustulus loci illius subul-  
 cus sublato enutriit infantes. Coniectari licet, subditū quendā Amulio locupletē,  
 acceptos educasse, & alterum quidem Romulum, alterum autem Remū nominasse.  
 Hi ergo cum adoleuissent, impetu in Amulium facto, eum stirpemq; eius deleue-  
 runt. Quibus extinctis & restituto in regnum Numitore domū reuersi, Romam  
 condiderunt in locis, non quidē arbitrio delectis & idoneis, sed necessitate oblati.  
 Solum enim neq; munitum, neq; agrū circumadiacentē alendæ ciuitatis satis ferti-  
 lem habet, neq; mortales ad habitandū abunde conuenientes. Qui enim aderant,  
 seorsum habitabant, urbis ædificandę mœnibus propinqui, nec Albanorum im-  
*Collatia.* perio subiecti, erant autem Collatia, Antennæ, Fidenæ, Lauinium, aliæq; huius  
*Antennæ.* generis urbes, tunc quidē oppidula, nunc autem uici, priuataq; quorundam ædifi-  
*Fidene.* cia, longe à Roma stad. xxx. distantia. Intra quintū igitur & sextum lapidem (sic  
*Lauinium.* enim miliaria designabantur) locus erat Festi appellatus, ubi Romani tunc termi-  
*Miliariorū la-* nus monstrabatur agri. Sacrorum præfules, & hic & alijs in locis, perinde ac in fi-  
*pides.* nibus, eadem die sacrificiū absoluunt, quod Ambaruale uocant. Orta igitur in-  
*Festi.* ter eos seditione, inter ædificanda mœnia, Remum occisum fuisse traditur. Vibe  
*Ambaruale sa-* crum.  
*Asylum.* Asylū aperiens, inter collem & Capitolium, quò perfugientes finitimos ciuitate do-  
 natos designat. Eis cum adipisci cōnubia nequiret, Neptuno cōsecratum equestre  
 uulgat certamē, quod & hac ipsa conficitur ætate. Cōuenientibus permultis, maxi-  
*Sabinarū ra-* ma ex parte Sabinis, edicit, ut cælibes cuncti uirgines eò profectas rapiant. Rex ergo  
*ptus.* go Curiū T. Tatiū iniuriā uindicaturus armis, in regni societate, & ciuitatis cum  
*T. Tatius.* Romulo cōuenit. Cæso autē per dolum Tatio & Lauinij, solus nō inuitis Quiritibus,  
*Æneas uisus.* Romulus tenuit imperiū. Post Romulū Numa Pompilius, T. Tatio cōterraneus  
*Numa Pomp.* regnū suscepit, ita iubentibus subditis. Hęc quidē urbis Romę creatio est quę ma-  
 xime

xime fidem uen-  
 ductam ab Eua-  
 fama est Geryo-  
 di notitia polleb-  
 deorum numer-  
 poluisse, & Gra-  
 cula Cecilius re-  
 cum esse urbem,  
 tum existat, & R-  
 res precipuis ue-  
 Carmentam app-  
 subissent imperio  
 oris dehinc regil-  
 priusq; Rutulis &  
 bus, cuncta istori-  
 gra finitimi Latini  
 cus à fundamen-  
 direptas extinxit.  
 git. Hernici uero  
 distat Aricia, Tel-  
 conspirabant, cu-  
 obrinebant imp-  
 reliqua iura ciui-  
 ta est, templo du-  
 cunstantes ciuita-  
 nulleg pro Roman-  
 rima ipsa, ad urb-  
 Circaium extenc-  
 uero usq; in Ca-  
 rita est, tota opu-  
 q; morbosa, uel  
 iminae quædam l-  
 hinc, quæ tamen  
 tant, uel materiã  
 dibus adiaceat, ui-  
 autem maritimę I-  
 bens multis refer-  
 scant in anchoris  
 rum, quibus exin-  
 tem ante quã fl-  
 intrant, & penes I-  
 quæ tale oppidum  
 portu carens ciui-  
 rerumq; urbanar-  
 circa frequentes &



xime fidem uendicat. Prior quædam ac fabulosa altera, coloniam ex Arcadibus deductam ab Euandro esse commemorat. Huic enim hospitio iunctum Herculem, fama est Geryonis boues agitantem. Euander à Nicostrata matre, quæ uaticinandi notitia pollebat, intellexerat, in fatis esse, Herculem post cōsummata certamina, deorum numero adscitum iri. Quibus Herculi renuntiatis, sacram ædem aperte posuisse, & Græcanico ritu immolasse, quem & hæc ætas Herculi seruat. Qua ex causa Cæcilius rerum Romanorum scriptor signum ponit, Romam origine Græcam esse urbem, quod penes eam more patrio sacrificium græcum, Herculi dicatum existat, & Romanus populus Euandri matrem nympharū unam existimantes præcipuis uenerentur honoribus, transmutato pro Nicostrata nomine, eam Carmentam appellantes. Itaq; Latini, cum à primordio pauci essent, nec Romano subessent imperio, postea uirtutis admirationem obstupescerent, & Romulo & ceteris dehinc regibus subiecti fuere omnes. Fusisq; Aequis & Volscis & Hernicis, priusq; Rutulis & Aboriginibus, insuper & Rælis & Argyruscis & Priuernatibus, cuncta istorum plaga Latinorum uocitata est, Volscorum autem Pometiorum agrifinitimi Latinis erant. Sic etiam oppidum est Epiola, quod Tarquinius Priscus à fundamentis diruit. Aequorum quoq; Curibus uicinarum, hic idem urbes direptas extinxit. Eius filius Volscorum Metropolin Sueffam in potestatem redegit. Hernici uero & Lauinio, & Albæ uicini erant, ac ipsi Romæ. Non longe autem distat Aricia, Tellenæ & Antium. Cæterum Albani cum Romanis initio in unum conspirabant, cum & Latini, & eiusdem lingue simul essent. Vtriq; uero per se suum obtinebant imperium. Nec minus tamen connubia, sacraq; communia erant, & reliqua iura ciuilia. Posteriori deinde tempore, conflato inter eos bello, Alba diruta est, templo duntaxat ex epto, Albani uero Ro. ciuitate donati sunt. Aliæ uero circunstantes ciuitates, partim deletæ, partim cum rebelles essent, depressæ sunt, nonnullæ pro Romanorum amicitia in ampliorem statum florere. Nunc quidem maritima ipsa, ad urbem usq; Sinuessam, ab Ostia, Latina dicitur. Antea quippe, usq; Circaium extendebatur, & in mediterraneam quidē prius, non sanè multa. Postea uero usq; in Campaniam & Sanniū, & Pelignos, & alios incolas Apennini porrecta est, tota opulentissima et fertilissima, præter litoralia pauca, quæ palustria sunt atq; morbosa, ueluti Ardeates, & qui inter Antium Lauiniumq; usq; Pometiam, et Setinæ quædam loca, & Terracinam atq; Circaium, & siqua montana, & petrosa sunt, quæ tamen ipsa neq; omnino inculta, uel infructuosa sunt, sed læta pabula præstant, uel materiã uel palustres montanosq; prouentus. Cæcubū quidem licet paludibus adiaceat, uineta tamen uini feracissima præcipuis enutrit arboribus. Extant autem maritimæ Latinorū urbes, Ostia importuosa quidē propter limum, quæ Tiberis multis refertus annibus aggregat. Non paruo igitur discrimine agitata salostant in anchoris nauigia. Attamē uincit utilitas, nempe ministrantiū copia scapharum, quibus eximuntur & imponuntur onera, impigram efficit enauigandi facultatem ante quàm flumen attingant. Sunt & quæ ex parte leuatis oneribus, amnem intrant, & penes Romam stad. c. & lxxx. aduersa producantur aqua. Ostiam, quæ tale oppidum est Ancus Marcus cōdidit. Dehinc Antium est, et ipsa quidem portu carens ciuitas, sita est in rupe, longe ab Ostia ad stad. cc. et lx. Nunc ad otium rerumq; urbanarum uacationē principibus concessa est ubi tēpus nacti sunt. Quo circa frequentes & quidem magnificè in ea urbe ad huiuscemodi perigrinationes,

Euander.  
Nicostrata.

Herculis sacra

Carmentis factidica.

Volsci.  
Pometij.  
Epiola.  
Aequi populi.Suefia.  
Hernici.  
Aricia.  
Tellenæ.  
Antium.  
Alba.

Latina.

Cæcubum.

Ostia.

Antium.



Antium la-  
 trocinia.  
 Demetrii cum  
 Ro. expostula-  
 tio.  
 Castoris &  
 Pollucis tēplū.  
 Lauinium.  
 Veneris tēplū.  
 Laurentum.  
 Ardea.  
 Circaium.  
 Storae.  
 Hyphormus.  
 Pometia.  
 Aufonij.  
 Ofci.  
 Aufoniū mare  
 Taracina.  
 Trachina.  
 Auphidus.  
 Appia uia.  
 Formij.  
 Minturnae.  
 Sinuessae.  
 Tarentum.  
 Brundisium.  
 Normiae.  
 Caiatta.

aedificatae sunt aedes. Superioribus annis naues habebant, quibus cum Etruscis la-  
 trocinandi societatem inibant, licet iam Romano subiecti imperio. Eas ob causas  
 & Alexander antea, & Demetrius postea, missis qui praedones in potestatem redi-  
 gerent, eos Romanis reddidit, inculpatione simul adiuncta, gratis quidem, inqui-  
 ens, eis se donare corpora, propter antiquam cum Graecis necessitudinem, indi-  
 gnum autem esse, ipsos uiros qui regnum Italiae uendicarent, latrocinia simul emite-  
 re. Cumq; in foro Castoris & Pollucis templum aedificatum tantis uenerentur  
 honoribus, quos uniuersi conseruatores appellant, ipsos qui Graeciam illorum pa-  
 triam populentur immittere. Romani deinde illos, ab eius generis exercitatione re-  
 presserunt. In harum urbium medio locatum est Lauinium, Latino nomini com-  
 mune Veneris templū habens. Eius curam à maioribus acceptam, Ardeates tuen-  
 tur. Inde Laurentum, super hanc extat Ardea, Rutulorum colonia stad. LXX. à ma-  
 ri distans, cui propinqua est Veneris aedes, ubi Latinorum celebritas est atq; con-  
 uentus. Populantibus uero loca Samnitibus, uetustissimorum reliqua extant oppi-  
 dorum uestigia illustria sanè propter aduentantem eodem Aeneam, et eius sacra ex  
 illa tempestate posteris commendata. Post Antium Circaium est stad. CC. distans  
 & LXXX. mons mari & paludibus, instar insulae, quem copiosis germinare radia-  
 cibus fama est, ob ea fortasse, quae Circae conuenientia fabulae uulgant. Habet etiam  
 castellum, & Circae sacellum, & Mineruae aram. Monstrant autem & quandam  
 Vlyssis pateram. In medioq; Storae est fluuius, & prope illum Hyphormus, de-  
 hinc contiguum litus, portubus destitutum, uicinus tantummodo Circaeio perexi-  
 guus partes adiacet. In mediterranea uero Pometius ager imminet, huic proximi  
 Aufonij prius incolebant, qui quidem & Campaniam tenebant. Post eos Ofci,  
 qui & ipsi Campaniae partem obtinebant. Hoc autem tempore, cuncta usq; Sinues-  
 sam Latini tenent, ut diximus. Quippiam uero Ofcis, & Aufoniae genti proprium  
 obtigit. nam cum Osorum gens defecerit, eorum lingua Romanis salua manet,  
 ut more quodam patrio scripta poetica in scenicum certamen perueniant, histrio-  
 nesq; pronuntient. Caeterum cum Aufonij mare Siculum ne semel quidem inco-  
 luerint, Siculum tamen pelagus Aufonium appellatur. Deinceps Circaeio proxima  
 intra stad. C. Taracina est, antea Trachina, id est, aspera uocata ex eo quod ei ob-  
 tigit, eidemq; obiecta palus ingens est, quam duo amnes efficiunt, è quibus maio-  
 rem Auphidum appellant. Hoc in loco mari adiungitur Appia uia, strata à Roma  
 usque Brundisium, ac plurimum peragrata, è maritimis urbibus hae solum attin-  
 gunt, Taracina & quae deinceps Formij, Minturnae, Sinuessae, & extrema Tarentū  
 & Brundisium. Penes Taracinam uero Romam iter facienti, fossa ad Appiam  
 uiam apponitur, & quidem multis in locis, quam et palustres & fluuiatiles implent  
 aquae. Per eam nocturna maxime fit nauigatio, ut qui primis inscendant tenebris,  
 oriente sole egressi, uia Appiae reliquum euadant, & interdiu trahentibus mulis re-  
 mulco perambulent. Subinde Formij, quos condidere Lacones, quas prius Hor-  
 mias à stationis, id est hormi bonitate appellabant. In medio positum sinum illi  
 Caietam nominarunt. curua enim omnia Caiattas appellauere Lacones. Pleriq; si-  
 num ipsum ex Aenae nutrice cognomen duxisse ferunt. Stad. autem centum lon-  
 gitudinem habet, à Taracina usq; in eiusdem nominis promontorium inchoans.  
 Ingentes hic speluncae panduntur, domicilia magna sumptuosaq; continentes.  
 Hoc ex loco Formios usq; stad. sunt cccc. Inter hanc & Sinuessam Minturnae  
 sunt,



sunt, utrinque ad stad. LXXX. distantes. Interfluit autem Eris amnis, quæ antea Clea-  
 nin uocauere, labiturque superne de Apenninis collibus, & agro Vestino, præter ui-  
 cum Fregellas, clarissimam olim urbem. Excurrit autem in Lucum sacrum, quem  
 magnis honoribus Minturnenses celebrant, oppido incumbentem. In ipso spe-  
 lunarum prospectu iacent insulæ duæ procul in pelago, Pandaria & Pantia, exi-  
 guæ quidem, cæterum habitaculis frequentes, inter se non admodum disiunctæ, ue-  
 rum à litore stadijs CC. & L. semotæ. Sinui Caietano contiguum est Cæcu-  
 bum, cui adiecit urbs Fundi in Appia uia. Tota hæc ora, præcipua adeo uina  
 generat, uerum Cæcubum & Fundanum & Setinum, sicuti Falernum & Alba-  
 num & Staganum, inter nobilia numeratur. Sinuessæ in Setano sita est sinu, à  
 quo nomen uendicat. Ei proximæ calidæ sunt balneæ ad ægritudines quasdam  
 accommodatissimæ. Hæ quidem urbes Latinorum maritimæ. At prima supra  
 Ostiam in mediterranea Roma est, & sola super Tiberim iacet, de qua iam di-  
 ctum est, eam non delectu, sed necessitate conditam esse. Addamus & illud, quod  
 qui etiam deinde ædificia, quadam ex parte addiderunt, non sanè potiora sua  
 in potestate habuere, uerum iactis antea fundamentis seruiuerunt. Prisci nanque  
 Capitolium & palatium, collemque Quirinalem, sic munire muris, ut uenientibus  
 aliunde, exterius facilis foret ascensu. Adæo ut T. Tatius primo aduentans incursum  
 locorum potitus sit, cum raptarum uirginum ulcisceretur iniuriam. Ancus etiam  
 Marcus montem Cælium, & Auentinum, & iacentem inter hos campum assu-  
 mens, inuicem disiunctos, & ab alijs ante muro cinctis ædificijs, urgente necessita-  
 te prioribus copulauit. Colles enim adeo munitos extra muros illis permittere, qui  
 incumbentia superne castella cuperent, nequaquam recte se habebat, totum etiam  
 explere circuitum, usque in Quirinalem minime ualuit. Quem quidem locorum de-  
 fectum Seruius redarguit, nam suppleuit ipse, adiecto Esquilino colle & Viminali.  
 Ea uero loca aduentantibus hostibus leuiter captari poterant. Quo circa profun-  
 diore exterius ducta fossa, & accepto solo, stad. VI. aggerem porrexerunt, super fos-  
 sæ supercilio interiore, murumque cum turribus, è Collina porta, usque ad Esquili-  
 nam imposuerunt. In aggere autem medio tertia est porta, eiusdem nominis cum  
 Colle Viminali. Urbis igitur ipsius munimentum alijs indigens munimentis,  
 huius generis est. Priscos sanè illos eandem, & de seipsis, & de posteris cogitatio-  
 nem suscepisse arbitror. Quoniam non à locorum munitionibus, sed ab armis, in-  
 nataque uirtute, tutelam & cæterarum rerum facultatem habere Romanorum erat.  
 Non uiris quidem mœnia, sed uiros mœnibus propugnacula fore putabant.  
 Cum igitur solum ipsum in circuitu bonum, ac permultum esset initio, urbis au-  
 tem sedes ad hostiles facile pateret incursum, nulla profecto fors locorum beata fu-  
 tura fuit. Cùmque uirtute atque labore terram propriam uendicassent, quidam  
 bonorum incursum affluxisse uisus est, qui omnem naturæ bonitatem antecelle-  
 ret, quam ob causam adeo ciuitas creuit, ut cum comœtu, tum lignis & lapidi-  
 bus ad ædificia perduret, quæ sine fine factitant, cum tot casus, tot incendia, tot  
 permutationes incidant, nullo deficientes tempore. Nam permutatæ ædificiorum  
 figuræ, spontanei quidam casus existunt, cum alius alia, ex alijs transponit, &  
 ædificium ex ædificio pro cupiditate nouat. Quas quidem ad res, & ipsa metal-  
 lorum copia & materia, & deuectantes amnes, mirificam quandam præstant ab-  
 undantiam. Primus quidem Anio ex Alba decurrens, præter Latinam Marforum

Eris.  
Cleans.  
Fregelle.Pandaria.  
Pantia.Cæcubum.  
Fundi.  
Vina optima.Sinuessæ unde  
appellata.

Romani colles

Ciuitatis uera  
munimenta.Anio.  
Latina opp.



urbem, & propinquū illi campum, quousq; Tiberim intret, inde Nar & Tenas & alij, qui per Umbriā labuntur fluuij, eidem miscentur Tiberi. Verum per Thusciam, agrumq; Clusinum Cleanis. Augustus igitur Cæsar, ad urbanos eius generis defectus, præcipuam curam adhibuit, institutis è Libertinorū numero militibus, qui aduersus incendia ferrent opem. Contra ruinas uero nouorum altitudines edificiorū deposuit, & ne quis supra pedes septuaginta sublimius edificaret, inhibuit in publicarū uicinitate uiarum. Attamen nisi & metalla, & materia, & portoriū recte institutum obfisteret, recte introducta præceptio defecisset. Hos quidem prosperos rerum euentus ipsa regionis natura præbet. Adiecit ei Romanus populus quicquid ex prouidentia consultandum erat. Nam cum in condendis edificijs Greci acuti maxime, ac solertes fuisse uideantur, cum pulchritudinem & munimentum ingeniose prospicerent, portusq; & agri feracitatem, hi ea maxime animaduertunt, quæ illi paruifecerunt, strata uidelicet uiarum, aquæ ductus, cloacas, quibus ciuitatis sordes in Tiberim eluerentur. Cernere licet stratas in agro uias, excisis ad hæc collibus, exaggeratis uallibus, unde nauigiorum onera plaustris exciperentur. Cloacæ duro cameratæ lapide, peruias carris stramentorum semitas reliquerunt. Tanta autem per aquæ ductus aquarum ubertas influit, ut per urbem, atq; cloacas amnes inundare uideantur, & uniuersæ propè modum ædes subterraneos meatus, siphones ac fistulas undosas habeant. Quorum accuratissimam diligentiam M. Agrippa egit, qui urbem pluribus alijs monumentis adornauit. Vt autem sic dixerim, ueteres illi Romani urbis pulchritudinem contempserunt, cum maioribus magisque necessarijs animum adiecissent. Posteriores uero & ñ præsertim, qui nostris fuere temporibus, haud quaquam illis hac in re cessisse uidentur. Sed innumerabilibus & præclarissimis urbem Romanam impleuerunt insignibus. Pompeius namq; & diuus Cæsar & Octauius & eius filij & familiares & uxor & soror, cunctorum studium simul & impensas ad apparanda decora superarunt. Maximam autem horum partem Martius campus habet, præter natiuam locorum amœnitatem, artis & solertiæ exornationes admittens. Campi enim admirabilis magnitudo, simul et curules pariter cursus, & alia equestria certamina expedita suppeditat, nec minus tam multis, pilam, circulum, palæstram, exercitatione tractantibus, aliâq; incumbentia simul opera. Quid perennes solo herbas, coronatosque usq; ad fluminis alueum colles scenicarum ostentatio picturarum, eiusq; generis spectacula præstant, ut difficulter & inuitus abscedas. Huic proximus campo, & alter adiacet campus, & innumerabiles circumcirca porticus, horti nemorosi, theatra tria, simul & amphitheatrum, templa magnificentissima, inter se contigua, ut quasi aliud agentia, reliquam urbis uenustatem ostentare uideantur. Ea propter cum locum istum religiosissimum esse cogitassent, clarissimorū uirorum, ac foeminarū monumenta in eo construxerunt. Cōmemoratione dignissimū est, quod Mausoleum appellant, in excelsis fundatū collibus, lapide niueo & perpetuæ uiriditatis arboribus coopertū in summum usq; uerticem, ad fluminis ripam exaggeratū. In summo autem positū est Cæsaris Augusti simulacrū, ex gre fabricatum. Sub aggere ipso sunt eius oculi & cognatorum & necessariorū. A tergo uero lucus est, mirifica continens ambulacra. In medio autem campi spatium, sui busti extat ambitus, & hic ipse niueo perfectus lapide, ferreos in circuitu cancellos habens, & plantatas interius per se ferens populos. Rursus si priscum ingrediatis forum, aliud ex alio spectabis appositum. Quid regales porticus,

Nar.  
Tenas.  
Cleanis.  
Augusti prouidentia.

Aedificiorum  
cura apud Ro.

Cloacæ Roma  
ne.

Aquæ ductus.

Agrippa.

Ἰδὸς Βασίλειος,  
Græce legitur  
i. Augustus.  
Martius campus.

Mausoleum.

cus,



cus, ædesq̄ sacras: quid Capitolium: & in ipso, & in palatio opera, & in Liuię porticu: quę singula contemplans, alia facile exteriora obliuione delebis. Talis est Roma. Aliarum uero in Latina ciuitatum, quędam alijs insignibus, quędam nobilissimis discernuntur uis, quę per Latinam stratę uisuntur. Pręclarissimę sunt uia, Appia, Latina, Valeria. Vna quidem ad mare Latinę partes separans, usq; Sinuesam protenditur. Altera in Sabinam, usq; ad Marfos. Inter has media Latina est, quę ad Casinum oppidum coniungitur Appiæ, ab Capua xix. distans stad. Appiæ uia principium ex ipsa sinistrorsum est, prope Romã deflectens, dehinc per Thusculanos transiens montes, inter oppidum Thusculum & Albanos ducitur unum cadit Labicana, à porta quidem Esquilina incipiens, à qua & Prenestina. A sinistra uero, & hanc & Esquilinum omittens campum, ultra c. & xx. stad. pergat. Cum autem Labico, uetusto sanę oppido ceterũ disiecto, & in sublimi sito propinquat, & hoc & Thusculũ relinquit à dextra, ad Piętas uero & Latinam finem accipit. Hic locus stad. cc. & x. distat à Roma. Postmodũ deinceps in ipsa Latina insignes sunt edes, urbesq; Ferentium, & Frusinum, iuxta quam Cosas labitur flumẽ. Fabrateria iuxta quam Trerus amnis fluit. Acuenũ magna ciuitas est, iuxta quam Melpis flumen labitur, ingens ad Interamnium, inter duos confluentes in unum fluuios, iacentem, Lirin et alterum Casinum, pręclara & hęc ciuitas est Latinorum nouissima. Teanum enim quod Sidicenum uocant, ordine deinde situm, ex imposito uocabulo, Sidicenorũ esse demonstratur, qui quidẽ ex Oscorũ gente Campana restant. Adeo ut & hęc Campaniæ ciuitas diceretur, maxima inter Latinas urbes. Inde Calenũ, urbs in primis eximia adiuncta & ipsa Casilino. Vtroq; autẽ ex Latine latere dextrorsum inter illam & Appiam, Setia & Signia sunt, uini feraces, altera quidẽ pretiosissimi, alterius uinum est quod aluum sistit, quod Signinũ uocant. Ante hanc Priuernum est, & Cora, et Syes & pusilla quędam pręfectura, Velitroq; & Alatriũ. Sunt & Fregelle, quas pręterfluit Liris, qui ad Minturnas erumpit, qui hoc quidẽ tempore uicus est, & olim urbs magnificienda, & quę complures ex iam dictis circumhabitationes adiacentes contineret. His autẽ annis conueniunt, ut ludos & sacrificia in ea perficiant. Ea uero cum à Romanis defecisset, funditus est diruta. Plurimę autem sunt & horum, & eorum qui in Latina, & eorũ qui post illos sunt in Æquis & Hernicis, & Volscis, ciuitates constructę. Sunt & Romanorum oppida à sinistra Latinę, inter eam & Valeriam, Gabij sanę extant in Prenestina uia siti, ubi latomię sunt, plus quã reliquę, lapides Romę suppeditantes, distantes à Roma & Preneste ex æquo ad stadia centum. Inde Preneste, de quo mox uerba faciemus. Dehinc supra montes Prenestinos, Hernicorum oppidulum & Pitulum & Anagnia urbs insignis, & Cerate, & Sora. Apud quam elabens Liris Fregellas affluit atq; Minturnas. Dehinc alię quędam & Venafrum, unde oleum opimum. Oppidulum quidem ipsum in uertice situm est, pręter cuius radicem Vulturnus excurrit, qui iuxta Casilinum delatus, in eiusdem nominis urbẽ erumpit. Æsernia porro & Allife, Samnitica iam sunt oppida, alterum bello Marfico deletum, alterum superstes adhuc. Ceterũ Valeria à Tiburtinis capiens initiũ, & Marfos & Corfinium Pelignorum metropolin ducit. In ea Latinę urbes sunt, Valeria & Carfeoli & Alba, prope est Cuculum oppidulum. In Romę uero cõspectu sunt Tibur, Preneste et Thusculũ. Tibur quidẽ Herculeũ est et Cataracta, id est

Appia uia.  
Latina uia.  
Valeria uia.

Thusculum.

Algidum.

Pandochia.

Pięta opp.

Labicum.

Ferentium.

Frusinum.

Cosas flu.

Fabrateria.

Trerus.

Acuenum.

Melpis.

Casinum.

Teanum.

Sidicenum.

Calenium.

Casilinum.

Setia.

Signia.

Signinũ uinũ.

Priuernum.

Cora.

Syes.

Velitra.

Alatrium.

Fregelle.

Liris flu.

Hernici.

Gabij.

Pitulum.

Anagnia.

Cerate.

Sora.

Venafrum.

Oleũ uenafri.

Vulturnus fl.

Æsernia.

Allife.

Valeria uia.

Valeria opp.

Corfinium.

Carfeoli.

Alba.

Cuculum.

Tibur.

Preneste.



*Anio fluius.* descensus est, quam facit Anio, ubi nauigabilis esse incipit, cum è sublimi profun-  
*Tiburinus la-* dam in uallē preceps defertur, & per urbi ipsi uicina nemora. Hoc ex loco mira est  
*pis.* fructuum abundantia, preter lapidis effossiones, qui Tiburtinus dicitur, et alterius  
*Rubeus lapis.* Gabiorum, & eius qui Rubeus dicitur. Adeo ut eorum ex metallis exportatio, &  
subuectio facillima fiat, ad plurima opera Romę conficienda. In hac planitie Anio  
*Albula aqua.* fluit, & quas nuncupant Albulas, aquas frigidas multis è fontibus edentes, uarios  
ad morbos salutare cum potu tum in sessionibus admissas. Talia sunt etiam La-  
*Labane aqua.* bana, non longe ab istis, in agro Nomentano, & circa Ereti locos. Habet Præneste  
*Fortuna tēplū* Fortunæ templum illustre, unde certa eduntur oracula. Istæ duæ urbes in eadem  
montana regione sitæ sunt, distantes inuicem stad. c. è Roma uero bis tot Præneste,  
*Præneste poly-* at minus Tibur abest. Græcam uero utraq; esse commemorant. Præneste enim  
*stephanum.* quondam polystephanum, id est multarum coronarum appellatam, ualida autem  
nunc est utraq; sed Præneste amplius. Nam super urbem quidem montem habet  
excelsum, à tergoq; continui montis collo disiunctum, duobus stad. arduum ascen-  
su. Ad tam ualidam uero munitionem etiam foueis occultis quaquauersum usq;  
ad plana perforata est, & aquationis gratia, & clandestine fugę. In quarū una Ma-  
*Marij mors.* rius obsidione oppressus oppetit. Reliquis sanè urbibus commoditati sunt muro-  
rum munimina, Prænestinis autem cladi, propter Romanorum seditiones. Con-  
fugientibus enim eò seditionis, & per obsidionē deprehensis, et urbem uastari, & a-  
*Verestis flu.* grum alienari contigit, ad in fontes culpa relata. Fluit autem per agrum Verestis flu-  
uius. Ex orientali Romę regione dicte urbes extant. Interius uero ad montanum il-  
larum tractum, alterum tergum est, uallem in medio relinquens ad Alginum, subli-  
*Thusculum.* me sanè ad Albanum usq; collem, super eo quidem situm est Thusculū, ciuitas egre-  
gijis ornamentis insignis, quam uineta coronant, tecta q; magnifica, ex ea presertim  
regione, que in Romanū descendit aspectū. Isto in loco Thusculanū est iugum, ir-  
riguum & terris fertile, quieto surgens ascensu, ubi uidere licet uillas, uarijs decora-  
tas apparatus. Contigua est Albano proxima monti ora, eiusdem uirtutis, appa-  
ratusq; pulchros habens. Dehinc planities est, pleraq; Romę proxima, suburba-  
nisq; eius pleraq; mari uicina, minus uero salubris. Reliqua ductu facilis, paribusq;  
spectabilis ornamentis, post Albanum montem urbs est Aritia in Appia uia, stad.  
*Aritia.* centum & sexaginta à Roma distans. † Curtius autem cum sit locus, habet tamen  
*\* λαιος δ.* munitam summitatem. Cui quidem superinsidet Lanuuium, Romanorum ciui-  
*Lanuuium.* tas in Appiæ uia dextera, à qua prospectus est maris & Antij. Est & Dianæ lucus  
id est, Artemisium ( sic enim uocant ) è sinistra uia regione, ex Aritia ad Arcia-  
*Artemisium.* nam, uiam conscendentibus, quod templum nominant, ædificium † Tauricæ.  
*Arcina tēplū* Nam Barbaricus quidam, Scytharumq; circa templum mos obtinet. qui enim ui-  
*\* ἀειδίματα &* ctimæ mactator prius extiterit, sacerdos instituitur, fugitiuus quidam uir gladium  
*ταυροπόδης.* tenens ad insultus semper circumspectans, ad tutandum strenue est paratus. Tem-  
plum autem sylua circumdat, cui lacus in star pelagi fluctuans adiacet. Circumcirca  
*Lacus Diane.* montanum imminet supercilium continenter, unumq; præaltum, caua inde regio  
templum, aquamq; excipit. Fontes spectare licet, è quibus lacus expletur. Horum  
sacra sub cuiusdam dæmonis appellatione habentur. Scaturigines autem hoc in  
loco obscuræ sunt, longius uero exterius ad superficiem eminentes ostenduntur.  
*Albanus mōs.* Hiscelocis proximus est mons Albanus multum ultra Artemisium porrectus &  
*Albanus lacus* illius supercilia, licet in rectum sufficienter ardua. Continet autem hic lacum  
longe

longe ampliore  
bis Latinæ uig  
Alba Maris fin  
par pelago, is M  
illum nonnunq  
mēsa prius lacu  
nei humoris tra  
in unum fontes  
modum de Ame  
res euanescenti  
nare scriptis man  
quas probentur.  
excubias tempus  
cunseptus, in ea  
penitenti gentib  
natum, & Aper  
clinatā, usq; ad S  
nicolas, ad radice  
immorantur. A  
post Vmbrię ciu  
sunt autem P  
authoribus pro  
tutus opinio est  
tricia, quorum  
Ceterum lignar  
ex montibus ad  
uigabilis usq; ad  
uitas est, à Syra  
promontorio, in  
Vini autem acfr  
est, inde Septemp  
Castellum est. Po  
illunonem Cy  
nis oppidum. D  
tis, emporium A  
est, & Asculū Pic  
tis montes supe  
Vestini sunt, & N  
onem montanar  
exigua est quide  
sime uirtute. Pri  
cum ipsorum m  
communionem  
exarfit bellum, C  
lis ciuitatem den



longe ampliore alio, qui ad Artemisium montem iacet. Ultra hæc dictæ prius urbes Latinæ uig sunt, è quibus in mediterranea maxime Latinas inter urbes, sita est Alba Maris finitima, in excelso locata saxo. Prope Fucinus est lacus, longitudine par pelago, is Maris & uicinis maxime omnibus usui fit. Memoriae proditum est, illum nonnunquam usq; ad montana crescere, interdū autem rursus decrefcere, ut merfa prius lacu loca desiccantur, & agricolationē rusticis exhibeant, quæ subterranei humoris transitione occulta quadam ratione, sparsim efficiuntur. Denuo autē in unum fontes confluunt, aut omnino deficiunt, aut rursus confluunt, quemadmodum de Amenano per Catanam defluente traditur. Qui quidem annos cōplures euanescent iterum excurrit. Ceterum de Fucino lacu Martiæ aquæ fontes emanare scriptis mandatū est, quæ rigationes Romæ propinant, quæq; reliquas super aquas probentur. Alba uero multoties ad noxiorū custodiā usi sunt Romani, cum excubias tempus postulat, quod ager ipse in profundo locatus sit, & quasi uallo circumseptus, in ea carcerandos includentes. Quandoquidē à uicinis Alpium, & Apennini gentibus exordiū sumpsimus, & inde transgressi, omnem intra mare Tyrhenum, & Apenninos montes, regionē peruagati sumus, ad Adriaticū sinum declinatā, usq; ad Samnites atq; Cāpanos. Nunc regredientes montanos aperiamus incolas, ad radices habitantes, et qui exterius ad litus usq; Adriaticū, & qui interius immorantur. A Gallicis autem inchoandum est rursus montibus. Picenum igitur post Vmbrig ciuitates, quæ inter Ariminum Anconemq; iacent extenditur. Profecti sunt autem Piceni à Sabinorum terra, qui ductu et auspicio Pici, iter in euntibus authoribus proficiscerentur, nomen deinde nacti fuere, ab aue quam Marti dicatā, uetus opinio est. E montibus autem usq; in plana, & pelagus, eorum incipiunt domicilia, quorum ager in longum, magis quā in latum excrescit, bonus ad omnia. Cæterum lignarijs quā frumentarijs fructibus longe præstantior. Eius latitudo ex montibus ad mare patet, spatij inæqualibus. Longitudo autē ab Æsi fluuiio nauigabilis usq; ad Leastrum stad. dccc. Urbes uero habet ex quibus Ancon Græca ciuitas est, à Syracusanis condita, Dionysij tyrannidem fugitantibus. Sitaq; est in promontorio, inclusum cōplectente portū, dum ad Septentriones circumflectitur. Vini autem ac frugum uberrima. Prope illam uero paululū supra mare Auxumū est, inde Septempeda, & Pneucentia, et Potentia, & Firmum Piceni, eius emporium Catellum est. Porro uero Cypræ templum situm est, Thuscorum ædificium. Nam illi lunonem Cypram nominant. Deinceps Druentum flumen, & eiusdem nominis oppidum. Dehinc Trunoum & Matrinus fluuius, ab Adrianorum urbe fluens, emporium Adriæ eiusdem appellationis habens. In mediterranea uero & ipsa est, & Asculū Picenum. Locus munimine præualidus, cui & murus & circumstanteis montes supereminet, nullis penetrabiles exercitibus. Ultra Picenum autem Vestini sunt, & Marfi, & Peligni, & Marrhycini, & Feretani Samnites populi, regionem montanam possidentes, & mari non admodum proximi. Hæc autem natio exigua est quidem, ceterū fortitudine conspicua, ostentata Romanis eorum sapiensime uirtute. Primum quidem, cum aduersus eos bellum gerebant, secundo uero, cum ipsorum militiæ societatem inibant, tertio cum & libertatem, & ciuitatis communionem assequi uolentes, repullam passi descuerunt, unde Marsicum exarsit bellum, Corfinium Pelignorum metropolin, communem uniuersis Italicis ciuitatem demonstrantes, eamq; translato nomine Italicam appellantes, con-

Alba opp.  
Fucinus lacus.

Amenanus.

Martiæ aqua.

Alba.

Picenum.  
Picenorum ap-  
pellatio.Æsis.  
Leastrum.  
Ancon.  
Auxumum.  
Septempeda.  
Pneucentia.  
Potentia.  
Firmum.  
Catellum.  
Cypræ templū.  
Druentum.Trunoum.  
Matrinus flu.  
Asculum.Vestini.  
Marfi.  
Peligni.  
Marrhycini.  
Feretani.Marsicū bellū.  
Corfinium Ita-  
licum.



tra populum Romanum receptaculum, propugnaculumque constituerunt. Adu-  
 natisque complicibus, Imperatores & consules creauerunt. Biennio igitur bellum  
 protraxere, donec perfectum est, ut in ciuitatem communiter uocarentur, cuius  
 rei gratia tantum belli conflatum fuerat incendium. Marsicum autem ideo no-  
 minatum est bellum, quoniam à Marsis rebellandi suscitatum fuerat initium,  
 præsertim à Pompedio. Cum autem alioqui per uicos ætatem degant, habent  
 tamen urbes supra mare Corfinium, atque Sulmonem, & Maruuium & Tegea-  
 tem, Marrhucinorum metropolin. Ad ipsum autem mare & Auternum Piceno  
 conterminum, quo nomine & fluuius est Vestinos Marrhucinosque distermi-  
 nans. Per Amiterninū enim fluens agrum Vestinosque, à dextera relinquens Mar-  
 rhucinos, supra Pelignos iacentes ponte traicitur. Oppidulum uero pari uo-  
 catum nomine, Vestinorum est, cæterum & Peligni, & Marrhucini eo com-  
 muni emporio pariter utuntur. Abest pons ipse à Corfinio, stadijs 1111. &  
 xx. Post Amiternum quod & Ferentanorum emporium est, Buca, & Ferenta-  
 num ipsum Theano Apulo propinquum manet. Orthium est in Ferentanis, pe-  
 tra piratarum, qui domicilia sua ex naufragijs construunt, & in reliqua uita imma-  
 nitate beluas imitari feruntur. Inter Orthium autem & Amiternum, medius Sa-  
 grus excurrit amnis, Ferentanos à Pelignis separans. Ex Piceno in Apuliā, quam  
 Græci Dauniam uocant, maritimus cursus est stad. cccc. & l. Deinceps post La-  
 tinam Campania est, ad mare pertinens. Supra quam in mediterranea Samnium  
 est, usque ad Ferentanos & Apulos. Deinde & ipsi Apuli, & gentes & aliæ usque ad  
 fretum Siculū. Primū autē de Campania dicendum est. E Sinuessā quidem ad reli-  
 quum deinceps litus usque Misenum quidā non exiguæ magnitudinis sinus est. Al-  
 terque ab eo, multo quā prior ille maior est, quem Cratera uocant, à Miseno usque  
 ad Athenæum, cum duobus coeuntibus promontorijs sinuatur. Super has ripas  
 tota est sita Campania, campus, omnes felicitate superans. In eius circuitu uero ia-  
 cent tumuli mirifica fructuum ubertate conspicui, montesque Samnitum pariter &  
 Oscorum. Antiochus sanè reliquit scriptū, hanc olim ab Opicis regionem habita-  
 tam fuisse, istos autem Ausonios appellatos. Cæterum Polybius duos hos fuisse  
 populos ostendit, falsa ductus opinione. Nam Opicos & Ausonios agrum circa  
 Cratera incoluisse, memoriæ prodidit. Alij uero asserunt Opicos prius, & Auso-  
 nes habitasse. Quidam gentem Oscam illos posteriore tempore subiugasse, hanc  
 ipsam à Cumanis eiectam, illos ab Thuscis expulsos. Campestris enim illa, pro-  
 pter loci uirtutem bella concitasse, nempe, cum urbes duodecim populosæ fo-  
 rent, Capuam, perinde ac illarum caput, nominarunt. Cum autem per uolupta-  
 tem ad lautitiam emolliti sese conuertissent, sicut ex circumpadana fugati demi-  
 grarant, sic & ex hoc agro cessere Samnitibus, quos ipsos eiecere Romani. Quod-  
 que magnæ ubertatis documentum est, far omni oriza præstantius, paruo in tem-  
 pore triticeam superat alimoniam. Scriptis sanè mandatū est, in nonnullis eorum  
 aruis, bis anno zeam feri, & tertio panicum. Aliquo semine uero quarto oleribus  
 seminari. Atqui uina optima hinc Romam aduehuntur, Falerna, Setina, & atque Ca-  
 lena, cum quibus Surrentina contendunt, factō nuper eorum periculo, quoniam  
 longam accipiunt uetustatem. Pari modo laudem habet olei, totus maxime Vena-  
 franus ager, planis finitimis aruis. Prope mare post Sinuessam Linternum est oppi-  
 dum, ubi prioris Scipionis cognomento Africani sepulchrum iacet. Ibi enim  
 extre

Pompedius.  
Sulmo.  
Maruuium.  
Tegeates.  
Auternum.  
Amiternum.

Ferentanum.  
Buca.  
Orthium.  
Sagrus.  
Apulia.  
Daunia.

Campania de-  
scriptio.  
Samnium.  
Sinuessā.

Misenum.  
Crater.  
Athenæum.

Osci.  
Opici.

Ausonij.

Capua.

Zeā.  
Panicum.  
Falerna uina.  
Statanum.  
Calena.  
Surrentina.  
Linternum.  
Scipionis Afri-  
cani sepulchrū

extremam confu-  
 ce negotijs. Præ-  
 nas, pari cum ur-  
 diamque Campan-  
 denium, & Cuman-  
 urbes antecellit. I-  
 nes Chalcidensis  
 appellatione non  
 dentibus tamen  
 campus nomine  
 tam aliam ob cau-  
 rum concitatrix e-  
 lam homines ini-  
 men adhuc multa  
 corum. Nonnul-  
 tus enim proxim-  
 de. Præstantissim-  
 quens, & arborib-  
 bulosa, quam Ga-  
 raica struxere na-  
 rior. Proximum  
 sa, quædam à n-  
 om sub rupe lac-  
 perit, aquasque  
 dillimas. Conti-  
 comprehendam  
 plium atque Cuman-  
 dorum solum,  
 em maiores nos-  
 tum oraculum ex-  
 fando & ostio si-  
 solum tamen po-  
 rat. Supercilia q-  
 Hoc quidem in  
 moribus, & pro-  
 scurum sinum re-  
 ter exhalans odo-  
 derentibus. Ha-  
 etiam Cimmerio-  
 rur. Aderant eni-  
 ctus percipiente-  
 usū abstinebant  
 est oraculum, ex-  
 factitabant, & ex-  
 in subterraneis



extremam consumpsit ætatem, omisis (propter aliquorum simultatem) reipubli-  
cæ negotijs. Præterfluit autem eodem quo ciuitas nomine flumen. Sic & Vultur-  
nus, pari cum urbe deinceps sita appellatione. Labiturq̄ iste per Venafrum, me-  
diamq̄ Campaniam. Dehinc ordine post has Cumæ sunt, uetustissimum Chalci-  
densium, & Cumæorum ædificium. Antiquitate enim cunctas & Siciliae & Italiae  
urbes antecellit. Ipsius autem classis ductores Hippocles Cumæus, & Megasthe-  
nes Chalcidensis, inter se pepigere, ut horum quidem colonia fieret, horum autem  
appellatione nominaretur, qua ex re hac sanè ætate Cumæ nuncupatur, à Chalci-  
densibus tamen conditum putatur oppidū. Superioribus annis fortunatus erat et  
campus nomine Phlegræus, in quo res à gigantibus gestas fabulæ diuulgant, nul-  
lam aliam ob causam (ut credi fas est) quàm quod terra ipsa suapte uirtute prælio-  
rum concitatrix esset. Posterius uero potiti urbis Campani, multis per contume-  
liam homines iniurijs afficientes, etiam eorum sese uxoribus commiscebant. Ta-  
men adhuc multa Græci ritus, & ornamenta uestigia seruantur, tum legum, tum sa-  
crorum. Nonnulli Cumas ob κύματα, id est fluctus nomen duxisse memorant. Li-  
tus enim proximum frequentibus abundat tergoribus, quibus illæ ferunt un-  
dæ. Præstantissima uero sunt & ipsi ostrea. Hocq̄ in sinu fruticosis uirgultis fre-  
quens, & arboribus sylua est, multis porrecta stadjs aquarum indiga, cæterum sa-  
bulosa, quam Gallinariam uocant syluam. Hic Sex. Pompeij classis præfecti, pi-  
ratica struxere nauigia, qua tempestate Siciliam ab Romano desciscere fecit Impe-  
rio. Proximum Cumis est Misenum promontorium, in medioq̄ palus Acheru-  
sia, quædam à mari refugio alto cœno referta. Vbi Misenum circumflectenti, sta-  
tim sub rupe lacus obuiat. Deinde reductum profundum litus in sinum Baias  
aperit, aquasque calidas & ad uoluptatem, & ad sanandos morbos accommo-  
dissimas. Contiguus Baijs Lucrinus adest sinus, intra quem Auernus est, qui  
comprehensam usque Misenum tellurem, † Cherronesum, à maris spatio, inter  
ipsum atque Cumas. Exiguus enim est reliquus † isthmus, paucorum sanè sta-  
diorum solum, per fossam quâ Cumas itur, & ad mare ipsum. In Auerno au-  
tem maiores nostri Homericæ defunctorum uaticinia fuisse, fabulis edidere. Ibiq̄  
cum oraculum extitisse traditum sit, Vlysses eò nauigasse. Est autem Auernus, &  
fundo & ostio sinus commodus, & magnitudine & natura portum continens,  
usum tamen portus nequaquam præbens, quod ante illum Lucrinus portus ia-  
ceat. Supercilia quædam ardua Auernum undiq̄ circumcludunt, præter ostium.  
Hoc quidem in tempore, amœnis culta modis, olim autem agrestibus referta ne-  
moribus, & proceris arboribus in uia, quæ superstitione quadam umbris ob-  
scurum sinum reddebant. Rumor erat indigenarum, superuolantes aues, quas ter-  
ter exhalans odor exanimaret, in ipsas aquas decidere, sicut in locis ad Plutonium  
deferentibus. Hanc autem locorum partem, Plutoni dicatam opinabantur. Hic  
etiam Cimmerios dici, placatisq̄ prius per sacrificia dñs Manibus, illuc intraba-  
tur. Aderant enim, qui talibus exponendis ductores essent sacerdotes, locorū fru-  
ctus percipientes. Fons uero ibi fluuijalibus scatens aquis excurrit in mare, ab eius  
usu abstinebant omnes, Stygias opinantes esse aquas. Eodem in loco cōstructum  
est oraculum, ex aquarumq̄ feruore uicinarum Phlegethontem esse, coniecturam  
facitabant, & ex Acherusia. Ephorus autem quidam uicinus Cimmerijs habitās,  
in subterraneis eos habitare domicilijs, quas Argillas appellant, commemorauit,

Cumæ.  
Vultur-  
nus.  
Venafrum.  
Hippocles Cumæus.  
Megasthenes  
Chalcidensis.

Phlegræus  
campus.

Cumarum: ep-  
peltatio.

Gallinaria syl-  
ua.

Misenum.  
Acherusia.  
Baiæ.  
Lucrinus sinus  
Auernus.  
\* χερρόνησος,  
id est peninsula  
la.  
ἴσθμος, id est,  
collum, uel ter-  
ra inter duo  
maria.  
Defunctorum  
uaticinia.

Cimmerijs.

Styx.  
Phlegethon.

Argille.



eosque per fossas quasdam inter sese comere, & aduenas intra oraculum uenientes excipere, quod maxima ex parte sub terra erat conditum. Victum uero ex metallorum effossione queritare, & ex diuinationum mercede, atque prouentibus ab rege designatis, patrium esse latrocinantibus morem, ut nemo solem aspiciat, noctu autem extra telluris hiatus egredi. Quocirca de ipsis dixisse poetam,

*Odys. l. οὐδέποτε αὐτῶς ἠέλιος φάειθωμ' ἐπιδέρκεται.* id est,  
Eos sol Phaëthon nullo intuetur in tempore.

Homines ipsos postea quodam a rege deletos, cum illi nequaquam successerit oraculi fides. Nunc autem aedes ipsa diuina in alium translata locum permanet. Huius generis apud maiores nostros extitere fabulamenta. Atqui hisce annis, cum Auerni lucum succiderit Agrippa, locis perpulchra adornatis aedificia, conscissaque deinde usque Cumas subterranea fossa, omnia illa fabulae apparuerunt. Cocceium eam quidem condidisse fossam, memoriae proditum est, & eam quae ex Dicæarchia, id est Puteolis extat Neapolin ad Baias, quodammodo eum secutus sermonem, qui proxime de Cimmericis explicatus est. Foran & huic loco morem patrium esse cogitauit, uias fieri per fossas. Lucrinus uero sinus usque Baias latitudinem pandit, qui ex exteriori pelago, per aggerem longitudinis stad. VIII. latitudinis autem unius orbitae arcetur. Illum autem ab Hercule, traducendarum Geryone bouum causa, aggeratum fuisse perhibent. Qui cum pedibus perambulari, propter fluctus ingruentes per hyemes superne uix posset, Agrippa exornatum melius construxit. Leuioribus enim lembis praestat ingressum, stantibus in anchora prorsus incommodus, captandis uero ostreis uberrimus. Quidam hunc Acherusiae stagnum esse asserunt, at Artemidorus ipsum Auernum. Baias autem ab Ulyssis socio, Baia nomine, uocabulum traxisse ferunt atque Misenum. Deinceps Puteolanum litus extat, & oppidum ipsum, quod antea quidem Cumanorum fuerat emporium, quodam in supercilio constructum, bello autem quod ductu & auspicio gerebatur Annibalis, Romani frequentibus accolis habitatum reddiderunt, & nomine a Dicæarchia permutato, a puteorum frequentia Puteolos appellauere. Sunt etiam qui ab aquarum putore, qui per totum illum & Baiarum & Cumarum tractum existit, ubi & sulphuris & ignis, & aquarum calidarum plena sunt omnia. Quidam autem Phlegram ob eam causam Cumanum agrum uocatum opinantur, talibusque ignis & aquae profluuijs, Gigantum uulnera, fulminibus deiectionum attribuunt. Urbs autem amplissimum factum est emporium, manufactos cotoneas & stationes habens. Quas ad res commodum conducit arenarum ingenium, quae calcis quam simillime compacte ualidissimum conglutinantur in modum. Vnde commixta sabulo glareas, aggeres proiectantur in pelagus, ripasque patentes sinuosos in recessus redigunt, sic ingentes onerariae naues iactis ibi conuiescunt anchoris. Super urbem uero statim Vulcanium forum imminet, campus ardentibus inclusus supercilijs, quae uelut a fornacibus exhalationes, magno cum fremitu passim habent. Campus autem tracto plenus est sulphure. Post Dicæarchiam quidem Neapolis est Cumanorum, postea uero & Chalcidenses incoluerunt, & ex Pithecusis Athenisque uenientes, unde & noua ciuitas, id est Neapolis appellata fuit, ubi Parthenopes unius Sirenibus sepulchrum ostenditur, & gymnicum agonem, iubente oraculo celebrant. Orta deinde seditione, quosdam inquilinos admiserunt Campanos, & inimicissimis perinde ac

con

coniumctissim  
Res quidem Ca  
mento sunt pra  
loco plurima se  
ta uocabula, tan  
quennialis sacer  
lorum aemulus,  
cis intra monter  
Cumas tendens  
superna autem  
tem infunditur.  
ma balnea, nulla  
tia. Alia enim ib  
quam Puteolis a  
uictum Graecan  
ditioni dant ope  
uerfa ualetudo. F  
mortalium multi  
templentur, stuc  
est oppidum H  
dum uento aff  
quoque tenuer  
modum Thuf  
ae uero & Nu  
quae circa Cre  
tentem. Hisce lo  
cepto cacumini  
rentem, & ciner  
petris, ut color  
gam istam prior  
tem esse, cessant  
ris, sicut de Ca  
latam uinetis t  
re, quod uberi  
dante, commod  
inde, & exustis  
induerunt. Pon  
id est Minerui  
Extat autem in  
ad Capreas infu  
torium, exiguae  
Sirenas appella  
tur aedes, uetust  
tes obtulerant. F  
uifus promont



coniunctissimis uti coacti sunt, quandoquidem coniunctos alienatos haberent. Res quidem Campanorum initio Græcas fuisse, deinde Græcis permixtas, documento sunt præfectorum urbis nomina. Ritus & educationis Græcorum hoc in loco plurima seruantur adhuc uestigia, gymnasia scilicet, puberum cœtus, & Græca uocabula, tametsi Romana ibidem adsit multitudo. Apud eos uero nunc quinquennalis facer ille musicus, & gymnicus complures per dies celebratur agon, illorum æmulus, qui per Græciam clarissima celebritate geruntur. Extat & his in locis intra montem effossa spelunca, in Dicæarchiæ Neapolisq̃ medio, sicut altera Cumas tendens facta, in qua uia obuijs curribus peruia, multis panditur stadijs, è superna autem montis parte, excisis multifariam fenestris, lumen in profunditatem infunditur. Habet & Neapolis calidarum aquarum scatebras, & apparatussimabalnea, nulla ex parte Baianis inferiora, numero autem & multitudine cedentia. Alia enim ibi urbs condita est, imperatore alio super alium magnificentius, quàm Puteolis ædificante. Plurimum uero è Roma Neapolin secessum facientes, uictum Græcanico ritu perducunt, aut quietis atque otij gratia, præsertim qui eruditioni dant operam, aut remissioris uitæ desiderio, & quos senectus affligit, uel ad uersa ualetudo. Pleriq̃ etiam Romani eodem uiuendi genere delectati, cum tantam mortalium multitudinem in simili degentem instituto, ipsa in ciuitate uersari contemplantur, studiose ac libenter urbem incolunt, ibi ducentes ætatem. Proximum est oppidum Heraclium, incumbens mari, promontorium habens, mirum in modum uento afflatum Africo, adeo ut saluberrima ipsa addatur habitatio. Hanc quoque tenuerunt Osci, & deinceps Pompæam, quam Sarnus amnis alluit, postmodum Thusci & Pelasgi, deinde Samnites, qui etiam his è locis eiectione fuerunt. Nolæ uero & Nuceriæ & Ancherarum emporium est, eiusdem nominis coloniæ, quæ circa Creonem est, quod ad Sarnum flumen est, onera excipientem & emitentem. Hisce locis incumbit mons Vesuius, amoenissimis habitatus agris, excepto cacumine. Id magna ex parte planitiem habet, fructum nullum omnino ferentem, & cineres in prospectu habens, cauernosaq̃ monstrat antra, combustis expetris, ut color indicat, utpote quas ignis abroferit, quare coniecturis assequare plagam istam prioribus annis ardere solitam, & ignis habere crateras, restinctam autem esse, cessante materia. Forte hanc fertilitatis, quæ circa locum est, causam dixeris, sicut de Catana proditum est, eiectione ab Etnæis ignibus cinerem ea ex parte latam uinctis tellurem effecisse. Excoctas enim igne glebas, pingue aliquid habere, quod uberores fructus afferat. Vapore nanque ipso magis uliginis abundante, commodiores fieri, quemadmodum & sulphureæ omnes. Humectatæ deinde, & exustis cineribus restinctæ, ad frugum procreationem, permutationem induerunt. Pompeijs contiguum est Campanorum Syracum, unde Athenæum, id est Mineruium imminet, quod quidam Prenussum nominant promontoriū. Extat autem in extremo eius Mineruæ sacellum, quod Vlysses ædificauit. Hinc ad Capreas insulam cursus est undis breuissimus, circumflectenti uero promontorium, exiguæ quædam occurrunt insulæ, saxosæ quidem atque desertæ, quas Sirenas appellant. Ex ea quæ Surrentum aspicit, regione, quædam sacra monstratur ædes, uetustissima ostendens munera, quæ accolæ loci ueneratione, frequentes obtulerant. Hactenus terminatur sinus, quem Craterem appellant, duobus diuisus promontorijs, meridiem spectantibus, Miseno uidelicet & Athenæo, Totus

Spelunca quædam.

Neapolis studiorum secessus.

Heraclium.  
Osci.  
Pompæa.  
Sarnus fluit.  
Nolæ.  
Nuceria.

Vesuius.

Syracum.  
Athenæum.  
Prenussum.

Sirena insula.

Crater sinus.



uero ornamentis insignitur, tum iam dictis urbibus, tum ædificijs arbutisq; conspicuus, quæ cum intermedia continenter porrigantur, unius ciuitatis aspectum offerunt. Ante Misenum Prochyta iacet insula, à Pithecusis quâdoq; diuisa. Eretrienses autem simul & Chalcidenses Pithecusas habitauerunt, qui cum terræ frugibus, & auri fossionibus beatissimi forent, coorta seditione insulâ reliquere. Postremoq; terræmotibus expulsi, & exhalantibus ignibus & inualecente mari & aquarum feruoribus, excessere. Huius enim generis eructationes habet insula, ob quas missi ab Hierone tyranno Syracusanorum, paratū iam à se murum deserere coacti sunt, simul & insulam, accedentes postea Neapolitani locum occupauerunt. Quam ob causam nata est fabula, quæ Typhonem ea in insula sepultum asserat, cumq; his latus uertat, euaporare flammam & aquas, quandoque autem contingit, ut minores insulæ efferuescentem aquam habeant. Verisimiliora quidem sunt, quæ Pindarus dixit, ex ijs quæ cernuntur commotus, quod omnis iste tractus, si à Cumis incipias, usque in Siciliam ignitus est, & profundas quasdam in unum coeuntes habet cauernas, & in Græciam & continentes terras exporrectas. Ideoq; Ætna & Liparenenses insulæ, & Puteolanus ager, & Neapolitanus & Baianus, & Pithecusæ talem habent, qualem cuncti scriptum reliquere naturam. Quæ cum intelligeret Pindarus, cunctis sub his locis sepultum iacere Typhonem cecinit. Timæus quoque, priscos illos, multas de Pithecusis fabulas edidisse, ait. Paulo ante illū collem Epomeum in insulæ medio situm, per quosdam terræmotus incendia euouisse, tradit, & terram intermediam in pelagus ignes non paucos eiectasse. Quodq; telluris redactum est in cinerem, cum sublimius exhalet Typhonis, id est ardoris in morem, rursus ut fulmen recidit in insulam. Quæ cum in pelagus ad tria excurrisset stadia non multo post regressa est, inde recursum maris insulam immersisse, & ita insulæ ignem restinctum esse. Quo ex fragore, qui continentem habitant, relicto litore in superiorem effugisse Campaniam. Calidæ locorum istorum aquæ, laborantes lapide sanare creduntur. Caprearum duo antiquitus fuerant oppidula, nunc uero unum, quod Neapolitani occupauerunt. Li amissas bello Pithecusas receperunt, denuo Augusto Cæsare illis donante. Capreas uero magnificentissimis ibi structis ædificijs, peculiare sibi fecit receptaculum. Hæ quidē sunt maritimæ Campanorum ciuitates, & adiacentes huiusmodi insulæ. Intra mediterraneam autem urbium mater, id est metropolis, & pro uocabuli etymologia, uere caput est Capua. Reliquas enim si ei compares, castella quædam censeas, præter Teanum & Sidicinum. hæc enim dignitate præstans, in Appia uia iacet, & quæ ab ea Brundisium ducunt, Callateria & Calydium & Beneuentum. Romam uersus autem Casilinum situm est ad flumen Vulturum, in quo Prænestini milites XL. & quingenti aduersus Annibalem, uarijs instructum copijs, tandiu obsidionem pertulere, ut inualecente fame, modius drachmis CC. uenundaretur, & uenditor quidem mortem oppetierit, emptor autem incolumis euaserit. Cum autem Annibal eos rapas prope murum seminasse conspiceret, tantam animorum tolerantiam admiratione profecutus est, quod homines tandiu obsistere posse sperarent, quoad rapæ maturerent. Itaque paucis exceptis, mortales illi uictores extitere omnes, nisi quos aut fames confecit, aut prælia. Ultra iam dictas, sunt hæc quoque Campaniæ ciuitates, quarū mentionem superius fecimus, Calce & Teanum, Sidicinum, quas duæ Fortunæ ædes separant, utroque ex latere constructæ Latina uia. Item

Suessula

Prochyta.  
Pithecusæ.

Hieronymus Syracusanus.

Typhonis sepulchrum.

Ignita loca.  
Ætna.

Liparenenses.

Epomeum.

\* notandum. id est calculo laborantes.  
Capreas.

Capuæ appellatio.

Teanum.

Sidicinum.

Callateria.

Calydium.

Beneuentum.

Casilinum.

Referuntur hæc à Liuiio lib. belli punici.

Calce.

Suessula, & Ate  
habitata, è quib  
resulque ad Lat  
niam populante  
nantibus, parere  
cum uero à Sylla  
laborum rebellio  
num aduersus I  
catis, partim in p  
qui arma proiece  
lla coactos, immi  
ante defecit, quâ  
re. Cum autem d  
tia didicisse, ne un  
minites ipsi confi  
res extinctæ. Boi  
les, quarum ne un  
leatæ potentia &  
Venusia probè a  
fermo, Sabinos c  
more Græcorum  
ta reuerli, nata p  
uulgatum est  
quidem edito.  
irilem ingressos  
Opicorum au  
sisp illis, sedes ib  
quæ ducem illis T  
rentibus, Sabe  
m, quos Græci  
andi fecisse, mem  
os fuisse, pleriq;  
inginem ducere  
alliciant & charit  
equites octo mill  
ad uirtutem uehe  
quibus collibueri  
terni uirgines, ac  
tandam secundo  
stam institutionē  
& ei locata adimi  
quidem ex Lup  
tus est. Samnites  
unguntur, qui i  
panis, ob loci ub



Suessula, & Atella, & Nola, & Nuceria, & Acerræ, & Auella, & aliæ his minores habitatae, è quibus aliquas Samniticas esse aiunt. Siquidem prioribus annis Samnites usque ad Latinam & Ardeam excursiones facientes, postmodum & Campaniam populantes, late imperium obtinebant. Alioquin etenim imperiose dominantibus, parere discentes, statim edictis obtemperabāt. Nunc autem cum ab alijs, tum uero à Sylla dominatu Romanos obtinente, peracta res est. Qui postquam Italorum rebelliones multis dissipauit praelijs, hos ferme solos consistentes, & in unum aduersus Romam conspirantes conspicius, ante illorum moenia castris locatis, partim in pugna obruncauit, nullis uitam impartiens captis, partim uero qui arma proiecerant, ad millia tria, uel ut alij, quatuor, in campo Martio ad Ouiliam coactos, immisis militibus, triduo iugulauit. Factis inde proscriptionibus, non antea destitit, quam Samnitum nomen deleuerit, aut ex Italiae finibus omnes eiecerit. Cum autem de tanta incusaretur iracundia, respondebat, magistra sese experientia didicisse, ne unum quidem Romanum pacem producturum, quoad per se Samnites ipsi consisterent. Itaque per uices factae fuere ciuitates, aliqua uero radicitus extinctae. Boianum, Efernina, Pauna, Telesia, Venafro coniuncta, & aliæ tales, quarum ne unam quidem pro dignitate censueris ciuitatem. Nos autem pro Italiae potentia & claritate, quantum satis est percurrimus, tamen Beneuentum & Venusia probè ac foeliciter consistebant. De Samnitibus huiusmodi uulgatus est sermo, Sabinos quidem aduersus Umbros diutino certantes bello, quorundam more Graecorum uotum fecisse, ut eo anno nata immolarent. Re igitur bene gesta reuersi, nata partim sacrificarunt, partim consecrarunt. Caeterum facta sterilitate, uulgatum est à quibusdam, oportere & liberos consecrari, quod & patrauerunt. Siquidem editos in lucem pueros Marti consecratos acclamauerunt, eos tamen uirilem ingressos aetatem, in coloniam miserunt, quibus dux factus est Taurus. In Opicorum autem agro cubantes, qui uicatim uitam agebant, eos eiecerunt, eieceruntque illis, sedes ibi locarunt, & de augurum sententia, Marti taurum maectauerunt, qui ducem illis Taurum exhibuerat. Quam ob rem eos diminuti uocabulo à parentibus, Sabellos appellatos fuisse crediderim, Sabinos autem ob aliam causam, quos Graeci Samnitas nuncupant. Aliqui uero, Laconas, eos sibi socios habendi fecisse, memoriae tradidere. Ea propter illos Graecos beneuolentia complexos fuisse, plerique illos Pitanitas appellant. Existimant autem ex Tarentinis eos originem ducere, qui finitimos, & homines potentia praeualidos, blandimentis alluciant & charitate deuinciant. Quippe qui pedestris exercitus LXXX. millia, & equites octo millia aliquando domo miserunt. Legem honestam quidem, & quae ad uirtutem uehementer excitet, Samnitibus extare ferunt. Haud enim filias suas, quibus collibuerit, nuptum dare fas est. Verum quotannis decem praestantes decerni uirgines, ac optimos totidem adolescentes, ex ijs primam primo locari, secundam secundo, & ita deinceps. Hoc pacto, quod si is, qui primam accepit, honestam institutionem mutauerit in deterius, habitus contemptui per ignominiam est, & ei locata adimitur. Ordine dehinc sunt Hirpini, & ipsi Samniticae gentis. Qui quidem ex Lupo nomen adepti fuerunt, qui eis in deducenda colonia dux oblatum est. Samnites enim lupum uocant Hirpum. Confines ij autem Lucanis adiunguntur, qui in mediterraneis habitant. De Samnitibus quidem haec, at Campanis, ob loci ubertatem, idem bonorum ac malorum usus euenit. Eò enim de

Suessula.

Atella.

Nola.

Nuceria.

Acerræ.

Auella.

Samnites.

Sylla.

Ouilia.

Samnites delati.

Boianum.

Efernina.

Pauna.

Telesia.

Beneuentum.

Venusia.

Samnites unde

Sabin.

Taurus dux.

Opici.

Sabelli unde.

\* Pitanitas

Pitanitas

Pitanitas forte

à πὸ τῆς πῆρας

πὸς νότιον, ἀπὸ

thor Steph.

Samnitum lex.

Hirpini.

Hirpus.

Campani.



liciarum prouecti sunt, ut ad gladiatorū paria depugnatorum, conuiuas inuitarent ad cœnam, numerum quidem eorum pro cœnarum dignitate definiētes. Cum uero Annibali sese dedidissent, exercitum eius ad hyberna fuscipientes, adeo uoluptatum illecebris homines demolitos effœminarunt, ut Annibal ipse dixerit, uictor ipse periclitor, ne hostilis præda fiam, quippe qui milites uiros dederim, fœminas recipiam. Illis autem potiti nouissime Romani, permultis eos calamitatibus castigatos reddidere, ad extremumq; agrum eorum sorte diuiserunt. Veruntamen hoc tempore fœlicem ducunt ætatem, cum finitimis concordiam habentes, priscamq; seruantes dignitatem, & ciuitatis amplitudine, & flore uirorū. Post Campaniam uero, & terram Samnitum usque ad Ferentanos, ad mare Tyrrhenum, Picentorum natio colit, pars modica eorum Picentorum, qui Adriam habitant, quos quidem Romani Posidoniatem in sinum colonos traduxere. Hoc uero tempore sinus ipse Pæstanus nuncupatur. Verum urbs ipsa Posidonia, Pæstus uocatur, medio in sinu locata. Porro Sybaritæ ad mare urbem posuere, quippe qui ante se habitantes alios extruserūt, quos uicissim posteriori tempore Lucani eiecerunt. Lucanis inde Romani oppidum interceptere, quod in salubre facit amnis, diffusus in paludes, uicinus oppido. Inter Sirenuissas uero & Pæstum Marcinna est, Thufcorum ædificium, cæterum ab Samnitibus habitatū. Hinc ad Pompeios per Nuceriam isthmus iacet, non ultra stadia centum & uiginti. Picentes autem usque Syllarin perueniunt flumen, qui ab hoc agro ueterem separat Campaniam. Cui quidem fluuio proprium illud inesse traditur, ut in eius aquas demissa uirgulta ꝛ saxifitentur, forma tamen coloreq; seruato. Picentum uero metropolis erat quondam Picentia, nunc uero per uicos uitā agunt, ab Romanis expulsi, propter initam cum Annibale societatem. Quo quidem in tempore, pro militari officio ut uiatoris publici, aut tabellarij operam explerent, assignati sunt, quemadmodum & Lucani & Brutij easdem ob causas. Paulum autem supra mare, Romani Salernum custodiae gratia in eos munierunt. Cæterum è Sirenuissis ad Syllarin, stad. ducenta & sexaginta interfunt.

## LIBRI QVINTI FINIS.

## ARGVMENTVM SEXTI LIBRI.

**S**exto libro reliqua Italiae pars, ab Adriatico ad Macedoniam usq; describitur, in quibus sunt Apulia, Calabria, & quaecunq; ad Ionium sinum unā cum adiacentibus insulis usq; ad Ceraunios montes sita sunt, & rursus quæ ex alia parte, quæ usq; ad Carthaginem, atq; interiacenteis illic insulas, referuntur.

Idem refert Athenæus lib. di  
pno soph. d. 74  
Annibal apud  
Capuam emol  
litus.  
Liuius lib. Bel.  
Punic.

Picentini.  
Posidoniates.  
Pæstanus sinus  
Posidonia.  
Pæstus.  
Sybaritæ.

Marcinna.

Picentes.  
Syllaris flu. &  
eius natura.  
Campania uer  
tus.  
ἡ ἀποικισθῆναι, id  
est in lapidem  
rigentur.  
Picentia.

Salernum.

Sirenuissæ.



Alus item flecte  
ibus Hyela no  
mine, nostra uero  
nem, Pythagori  
statis bene for  
tere, contra que  
tudine cederen  
peram dare cog  
di reliquas. A  
ago, qui nau  
Cyronem cu  
Eleam condidit  
tatis autem à P  
num extat Palir  
Denotriæ dictæ  
portus & am  
Micythus M  
garunt. Secun  
cniæ postrema  
ccc. interfunt  
quaginta est. Iux  
quo illud Italis u  
Olim Laio cade  
Ibi enim Græ  
canis deliti sunt,  
ce, que initio qui  
rum tenebantur  
aduentum usque  
lebant. Cum aut  
nosros eieciissent  
Græci utrunq; si